JURIS EVIDENTIÆ DEMONSTRATIO IN MATERIA ALIMENTORUM, ET SUMPTUUM LITIS...

Francesco Maria Cevoli

Digitized by Google

2.6.6

Digitized by Google

IVRIS EVIDENTIÆ DEMONSTRATIO

IN MATERIA

ALIMENTORUM, ET SUMPTUUM LITIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

JURIS EVIDENTIÆ DEMONSTRATIO

IN MATERIA ALIMENTORUM, ET SUMPTUUM LITIS

PRO

FRANCISCO MARIA CEVOLI

Marchione ex Carretto, Patritio Romano, atque ob Indultum Regium Marchioni Nicolao Patri impertitum, Patritio quoque Gallo.

CORAM

REGAL. ÇELSITUD. SERENISS.

MAGN HÆTRUR. DUCIS

Ex ſuo Motu proprio Delegantis &c.

Atque deinde coram Illuſtriſſimis DD. ac DD. Iudicibus à d. Regal. Celſitud. Deputandis.

FLORENTIÆ, MDCCIII.

Apud Petrum Matini Archiepiſc. Typograph. *Superiorum permiſſ.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNOPSIS.

AGITVR

AN, & quando debeantur alimenta, ac ſumptus litis collitiganti pauperi.

Et an hæc debeantur aliquando, probata ſolùm paupertate, non obſtante, quod probatum non eſſet bonum Ius.

Et quomodo dicantur probata paupertas, & bonum Ius ad effectum alimentorum, ſumptuumque litis.

Et an probanda ſit paupertas ſi ſit nepos, qui agat adversùs bona ſui Atavi paterni, per ipſum fideicommiſſo ſubiecta.

Et an, & quomodo probanda ſit aſſ. induſtria in petente alimenta, & ſumptus litis.

Digitized by Google

Et an huiuſmodi induſtria petentis alimenta, ſumptuſque litis, ſit attendenda ad hunc effectum.

Et in quibus caſibus volitum fuerit ab aliquibus Doctoribus eſſe eamdem attendendam.

Et an in talibus caſubus, magis vère, communiter, ac benignè loquantur Doctores iſti.

Ac quid ſi nepos habeat Avum maternum divitem, & induſtrioſum, an adhuc poſſit dici pauper ad hoc, ut à bonis ſui Aſcendentis paterni à collitigantibus occupatis, alimenta, & ſumptus litis recipere debeat, quàm ab illis, ſeu ab induſtria eius Avi materni.

Et an, & quando paupertas Patris illius, qui petit alimenta, ſumptuſque litis probari debeat ad hunc effectum.

Ac quomodo hæc probata habeatur.

Digitized by Google

Et an Sententia appellata debeat ad hunc effectum attendi.

Et an, & quando ad eumdem effectum attendi debeat Sententia nulla.

Et an Sententiæ diverſi, & ſeparati Imperij attendi ad eumdem effectum debeant in illo, in quo contrariæ poſtea emanarunt Sententiæ, maximè ſi latæ, illis præfati diverſi Imperij cognitis, & non obſtantibus.

Et an debeant, & poſſint per Iudicem videri Motiva ultimarum appellatarum Sententiarum, favore petentis alimenta, ſumptuſque litis promanatarum, ad effectum illa non ſtatim decernendi, quàm priùs de motivis cognitum per ipſum ſit.

Quinimò & an ipſa Sententiarum acta, ad hoc idem videri priùs per Iudicem debeant, & poſſint.

Et an pro alimentis, & ſumptibus litis, quæ debentur à fideicommiſſo

Aſcen-

Aſcendentis, competat hypotheca;
Et an, non obſtante, quod ab aliquibus Doctoribus dicatur hæc hypotheca, non formalis, ſed per æquipollens, idem ſit utrobique effectus.
Et an alimenta, ac ſumptus litis debeantur à die petitionis.
Et an ad hunc eumdem effectum requiratur, quod ſit contractum æs alienum, ſicuti & in quo caſu hoc requiratur.
Et quæ obſervari per Iudicem debeant pro taxatione alimentorum, ſumptuumque litis, præter alia multa, quæ horum occaſione tractantur, quæque patent in *Indice Alphabetico* poſt finem præſentis Operis poſito.

IESVS,

Digitized by Google

IESVS, MARIA, IESVS.

FLORENTINA ALIMENTORVM ET SVMPTVVM LITIS.

Ad Te Domine levavi Animam meam, Deus meus in Te confido; Reſpice in me, & miſerere mei, quia Unicus, & Pauper ſum Ego.
Reg. Prophet. Pſalm. 24. verſ. 1. & 16.

FRanciſco Mariæ Cevoli Marchioni ex Carretto &c. deberi Alimenta, & Sumptus Litis à die eorum factæ Petitionis adversùs Annam, Juliam, & Martiam Sorores Cevoli mm. & nn. de quibus in Actis, cum immiſſione etiam ad Bona ſita Thuſciæ contra Curtium Cevoli mm. pariter, & nn. de quibus in Actis, aſſ. illorum Emptorem, ad hoc ut eorum fructus à dicto petitionis die decurſi, & decurrendi vadant in computum ſibi taxandæ alimentorum, ſumptuumque litis quantitatis, eſt Iuris ubique adeo evidentiſſimum, ut
1 hæc † debeantur etiam, quando nullum bonum Ius

Digitized by Google

haberet præfatus Franciſcus Maria, ex quo ſola ipſius ſuperquè ſufficeret paupertas;

2 Etenim † ſciendum eſt Franciſcum Mariam fuiſſe ad Iudicium exadverſo citatum ſimpliciter, & cum clauſula etiam *aliàs,&c.* à quo, & reſpectivè fortiùs evenit Reum evaſiſſe neceſſarium, atque coactum *Schettin in ſuo tract. de tert. venien. ad cauſ pag.* 8 *n.*18. *& in med. n.*19.
3 *Carol Ant. De Luc. Add. ad deciſ. Gratian.* 80. cum † tunc ad differentiam caſus ſi citatus ipſe fuiſſet, quod non fuit, cum clauſula *qu tenus ſua putaverit intereſſe* dicatur Citatio non monitoria, ſed arctativa *Emin. De Luc. de iuriſd. diſc.* 60. *num.* 9. unde data eiuſdem Franciſci Mariæ paupertate conveniens eſt, ut ipſi aſſignanda ſtatim ſint alimenta, & ſumptus litis, tanquam media neceſſaria, ſine quibus non poteſt ipſe pervenire ad id, ad quod ex dato, & facto ſo-
4 lius Adverſariæ Partis arctatur; regula † namque eſt Iuris nimiùm ubique trita, quod qui vult conſequens, debeat etiam velle eſt ſibi opus, neceſſarium antecedens *l. legatis ff. de alim. legat.*, *l. ad rem ff. de procurator.* quam regulam eò magis attendendam eſſe in iſta noſtra hypotheſi omnis ſuadet tum Iuris, cùm æquitatis ratio ob illud, quod agatur de re neceſſaria ad effectum, ut dictus Franciſcus Maria defendat litis aſſem ad pluſquam ſeptem centum millia ſcutorum aſcendentem, includaturque inſuper & ipſius impretiabilis æſtimationis manutentio de ſua vera legittima,
5 ac naturali Ceulorum Nobiliſſima Familia, quare † ſibi ſoli imputet oportet ſemper contraria Pars ſi præfatum Franciſcum Mariam ad Iudicium arctavit *cap. damnum* 37. *de regul. Iur. in* 6.

6 De

6 De † probatione verò paupertatis Franciſci Mariæ non eſt hæſitandum ex pluribus,

Et Primò, omiſſis brevitatis gratia nonnullis, atque multis iam in ſcriptis, & oretenùs exaggeratis tam quoad hoc, quàm quoad cætera plurima alia, minùs ex dicendis neceſſaria, quià hæc eſt pluſquam notoriſſima, nedùm notoria *Caren. reſolut.* 21. *nu.* 9. *Capyc. Latr. deciſ.* 119. *ſub num.* 10. ibique *Adden nu.* 5. *Rot.*
7 *Rom. deciſ.* 119. *num.* 14. *par* 8. *recent* ita † ut itaque, ſatis ſit Iudicem ſe extraiudicialiter informare *Capyc. Latr. d. deciſ.* 199 *in num.* 6 *Caren. d. reſult.* 21. *n.* 10.
8 *Rot. coram Buratt. deciſ.* 707. *num.* 4. licèt † in caſu noſtro adſint Teſtes formiter examinati deponentes deſuper de communi reputatione, quæ propterea abundè ſufficit ad hunc noſtrum effectum *Rugger. conſ.* 17 *n.* 21. *lib.* 2. *Rot deciſ.* 198. *n.* 6. *par.* 12. *rec.* quin etiam deponentes de eiuſdem publica voce, &
9 fama, non † obſtantibus ijs, qui prò hoc voluerunt practicandam rigoroſiorem opinionem expoſcentem paupertatem eſſe concludenter probandam, ut nec ſe, nec litem ſubſtinere valeat ille, qui alimenta, ſum-
10 ptuſque litis petit, quià † in hac materia, in qua procedendum eſt ſem per tota Æquitate, Benignitate, ac Miſericordia, minimè autem rigorosè, ac per apices Iuris *Capyc. Latr. deciſ.* 119. *ſub num.* 10. *Rot. coram Ubald. deciſ.* 392. *num* 4. & in terminis probationis paupertatis ex teſtibus ad præſentem effectum *Rot. coram Seraphin.* penes *Marcheſ. de commiß. tom.* 1.
11 *par.* 2. §. 1. *fol m.* 1189. *num.* 1. noſtra † potiùs benignior, ac æquior recipienda venit opinio, alimen-

Digitized by Google

torum piæ cauſæ favorabilis, quàm prædicta rigoro-
12 ſior, undè † & in dubijs habeamus illam continuò amplectendam eſſe opinionem, alimentorum, ſumptuumque litis præſtationi favorabiliorem *Gratian. diſcept. for. cap* 374. *n.* 16. *Caſtill. in ſuo tract. de aliment.*
13 *cap.* 3. *num.* 19. *fol. m.* 12. ob quod † propterea & leviores, ſeu ſemiplenas, & imperfectas probationes, ſatis meritò ſuperque eſſe deliberaverint ad caſum noſtrum *Gratian diſcept. forenſ. cap.* 562. *num.* 22. *atque Caſtill. de aliment. lib.* 8. *cap.* 4. *n.* 6. *&* 10. *fol m* 19.
14 Secundò, quia † Franciſcus Maria eſt filius familias *Rot. deciſ.* 257 *num.* 3. *par.* 15. *rec.*
15 Tertiò, quia † agit idem ad bona non alicuius extranei, ſed fideicommiſſi inducti ab Hieronymo Cevoli, eius Aſcendente, à quo nedum ob rationem ne cogatur ipſe Franciſcus Maria litem deſerere, ſed ob ius etiam charitatis ſanguinis, decenter ali, & ſumptus litis recipere debet, quo in caſu nec ullam requiri unquam paupertatis probationem nemo dubitat *Rot. coram Coccin. deciſ.* 2220 *num.* 1. *&* 3. *Eminentiſſ. De Luc. de iudic. diſcurſ.* 14 *num.* 17. & latiùs *in Motivo diei* 6. *Auguſti* 1700. *ex Lib. Motiv.* 136. *à* 413. *Typis impreſſo Illuſtriſſimorum DD. Zachariæ Seratti Auditoris Fiſcalis, Alexandri Beluzzi, & Caroli Bizzarrini pag* 8 §. *Quinimò iſtarum perſonarum.*
16 Quartò denique, † quia de tali paupertate eſt ulteriùs concludentiſſimè probatum in actis per examen plurimorum teſtium formiter examinatorum ad effectum etiam, ut neque ſe, neque litem ſuſtinere valeat Franciſcus Maria *Rot. deciſ.* 323. *num.* 2. *& deciſ.*
853.

853. *num.* 23. *coram Cerro*; & ubique alibi, ac latè in *d. Motivo dd. Illuſtriſs. DD. Zacbariæ Seratti Auditoris Fiſcalis, Alexander Belluzzi, ac Caroli Bizzarrini Auditorum in §. Quinimò nec ſufficit*, *pag.* 5.

17 Minimùm † obſtante aſſerta induſtria, non indecoroſa in genere Advocationis, Franciſci Mariæ;

Primò, quia gratis hæc aſſeritur, cum nullibi ſciatur eſſe in genere Advocationis Franciſcus Maria, licèt ſuæ Eruditionis gratia uſque ad ipſammet ſuſceptam J. C. Lauream placuerit ipſi continuò, & poſtea etiam, atque adhuc placeat Legale Studium, ſicuti illud multarum Scientiarum, non parùm locorum (Dei munere dante) notiſſimarum, & præcipuè hìc Florentiæ ob diverſa publica experimenta fęliciter (eiuſdem Numinis favore) ſem per acta;

18 Et † tamen ad contrariam partem expectare onus probandi huiuſmodi aſſertam induſtriam nulli dubium *Roland. à Vall conſ* 54. *ſub num.* 74. *lib.* 2. adeo

19 † quod & quale lucrum haberet Franciſcus Maria per talem aſſertam induſtriam edoceat priùs eadem Pars contraria eſſet opus, cum ſemper docendum ſit pręcisè, undè habeat certam vivendi normam ille, qui non ali quoad ipſum, ac ſumptus litis prætenditur exadverſo *Rot. deciſ.* 332 *nu.* 5. *par.* 16 *recent.* & *cor. Pamphil. deciſ.* 224. *num.* 5 *in med. par.* 2. *rec* Et nihilominus adhuc, ex parte Franciſci Mariæ probatum in actis adeſt ex abundanti contrarium, ſcilicet quod nec ſe, nec litem ſubſtinere valeat, nullatenuſque in aſſ. Advocationis lucro ſe habeat.

20 Secundò, quia † Franciſcus Maria non eſt volun-

tarius ad Iudicium, ſed neceſſarius, ex dato, & facto contrariæ Partis ad hoc arctatus, ut iam ſuperiùs advertimus, undè nimium ab Iure, & Æquitate abhorreret ſemper, ſi vellemus eumdem Franciſcum Mariam pauperem, quatenus etiam induſtrioſum, cogere ad ſe induſtriandum pro ſe ipſo, & iudicio alendo, favendi gratia neceſſitati ab adverſaria Parte ſibi tantùm impoſitæ; & è contra non reddere illum munitum illis neceſſarijs medijs, hoc eſt Alimentis, & Sumptibus litis, quibus eò, ubi ſola adverſaria Pars ipſum coegit, & cogit, pervenire valeat omni ſua vigilantia, ac nullo incommodo, ut & par eſt ex tanto ſui relevantiſsimo negocio. Sibi igitur ſemper imputet eſt opus contraria Pars id, quod ex dato, & facto ſuo, ſibi ſentiat oportet *d. cap. damnum* 87. *de regul. iur. in 6.*

21 Tertiò, quia † nunquam poteſt cogi ad operandum Vir maximè Nobilis, qualis Franciſcus Maria, etiamſi ipſe ſciat, ut egregiè quidem, ac in fortioribus etiam, *Sylveſt Aldobrandin. conſ.* 28. *ſub num.* 20. potiſſimùm cum nullum videamus hac noſtræ ætatis conditione Marchionem, Marchioniſque filium, aut Virum maximè Nobilem, ſeu de Optimatum Fami-
22 lijs, hæc munera exercere per † ea, quæ communiter accidunt, ad quæ legem habere oculum, non verò ad ea, quæ raro emergunt, eſt vulgatiſſimum, vulgat. *l. nam ad ea, ff. de legibus & Senat. Conſult* undè
23 † perquam abſonum videretur hodie, quod Vir præclariſſimæ Familiæ, qui enumeret in Patrem Marchionem deſcendentem à principali Italiæ Stirpe, ac multos de conſanguinitate, & affinitate habuerit Cardinales, ac

Opti-

Digitized by Google

Optimates habeat, uti hæc ubique pluſquam notiſſima, largoque calamo & patent ab *Hiſtoriographis relatis*, *cæteriſque notatis in elaboratiſſimo Reſponſo favore Marchionis, dicti Franciſci Mariæ, Patris, Typis impreſſo §. Argumentum verò verſic. erat conſiderandum pag. 4.* deberet cogi ad exercitium Advocationis, ſumpta efficaciſſima norma ab his, quæ hodie inter maximè-Nobiles notiſſimè practicari videmus, hic præſertim Florentiæ, *Nicol. Everard. in ſuo tract. loc. argumen legal. in loco ab uſitat. ſeu ſolit. num. 2. & 3. fol. mihi 644.*

24 Atque eo † maximè ſi advertatur; quod onus operandi in Franciſco Maria deberet eſſe propter excludendæ à ſe famis, ſeu paupertatis neceſſitatem, res omninò opprobrioſa, ac penitùs idcircò, penituſque

25 damnanda in huiuſmodi conditionis Viro, qui † unico gloriæ, ac meriti obiecto ſummo ſe ſemper exer-

26 ceat, exercereque ac debeat oportet; nam † quid legimus penes *Homer. Iliados lib. 21. & 24 atque Odiſſeæ lib. 4.* & ferè ubique ſemper vocaſſe Reges, Monarchas, Duces, & alios, nedum maximè-Nobiles, ſed & Nobiles tantùm, *Iovis filios, ſeu Iove genitos,*

27 *procreatoſque*; Et † apud *Virgilium* toties inculcatum

28 *Nate Dea*, atque † hinc ubique Deoſque, hominesſque eodem Nobilitatis epitheto decoratos evaſiſſe per ipſummet *Homer. Odiſſ. lib. 2. & 5. & Iliados lib. 4. 8. & 10.*? Non alia ſiquidem de cauſa, ut & de ſe nimiùm ſuperque patet, niſi ut meminerint, ac rectè ſciverint præfatæ fortis Viri, ea tantùm facere debere, quæ Dijs ipſis facere convenirent, cuiuſmodi propterea patet minimè dici poſſe, quod vir dictæ

 con-

Digitized by Google

conditionis propter præfatam excludendæ à ſe famis, ſeu paupertatis neceſſitatem exercere ſe debeat, ſicuti adamuſſim minimè decoroſum eſſet, per præſuppoſitum tamen poſſibile loquendo, Deos exerceri, ſeu operari debere ex neceſſitate expellendi à ſe famem, ſeu paupertatem nectare, atque alijs, quibus ſe cibaſſe, ornatoſque, ac decoratos inceſsiſſe, fabulatos
29 eſſe legimus Poetas; prædicto † itaque gloriæ, ac meriti obiecto ſummo, quibus tantùm, & ſemper ſe exerceant eſt opus præfatæ qualitatis viri, contrariari per anguſtiam domus paupertatem, & per paupertatem artificium, atque per artificium huiuſmodi excludendæ famis, ſeu paupertatis neceſsitatem, eſt iam, ſuperque notum, ad pulcherrimum quoque *Alciati* Eruditiſsimi *Emblem.* 120. *fol. mihi* 358. hi,,

Ingenio poteram ſuperas volitare per Arces,
Me niſi paupertas invida deprimeret.

30 Quartò, quia † ad noſtrum effectum minimè attendi valet quælibet aſſerta induſtria propter fragilitatem humanæ potentiæ, quæ variatur in tempore, ſed ſolùm an qui petit alimenta, habeat ex proprijs redditibus tantum, undè decenter vivere poſſit iuxta veriorem, receptioremque ſententiam, de qua plena manu *Cravett. conſ.* 199. *nu.* 5. *& ſeqq. Menoch. conſ.* 8. *num.* 22. *Ruggier. conſ.* 17. *n.* 23. *lib.* 2. *Surd. de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 21. *ſub nu.* 2. *& ſeqq.* qui ſic Mantuæ deciſum refert reiecta opinione *Curtij Senioris* contrarium ſentientis *Caball. conſ.* 154. *num.* 27. *& ſeqq.* latiſſimè *Sylveſt. Aldobrand. conſ.* 28. *num.* 26. *& ſeqq. Lup. de Allegatum. commett.* 23. *§.* 1. *n.* 35. Rot. Romana

coram

coram R. P. D. Iuſto in Bononien. aliment. 5. *Iulij* 1604. quæ eſt pænes *Marcheſan. de commiſſ. par.* 1. *fol. mihi* 1171. *num.* 3. quam ſemper amplexata eſt eademmet *Rot. ut in deciſ.* 224. *num* 5. *ultra med. & num.* 6. *par.* 2. *recent. deciſ.* 92. *num.* 13. *par.* 5. *deciſ.* 193. *num.* 68. *par.* 7. *deciſ.* 186. *in fin. & deciſ.* 628. *n.* 3. *par.* 4. *rec. & coram Duran. deciſ.* 95. *num* 9. *ac coram Dunozzett. Iun. deciſ.* 449. *num.* 68. ſicuti & plures eamdem deciſionem cum alijs de iam dictis, ſequuti ſunt celeberrimi Doctores, inter quos *Ricc. collectan.* 3528. *in fin. Mareſcott. var. reſol tom.* 2. *cap.* 83. *num.* 40. *Gratian. diſcept forenſ. cap.* 120. *num.* 16. *Epiſc. Barboſ. in collect. Cod. lib.* 5. *tit. de alend. liber. n.* 11 *fol. mihi* 496. *tom.* 2. *& inter ſua Vota Vot.* 126. *num.* 25. *lib.* 3. *fol. mihi* 315. *Caren var. reſolut. reſol* 49. *num.* 7. *verſ. tum ob fragilitatem, & reſol* 50. *ſub nu.* 7. *§ ad hoc adducitur. Dom. Manſ. conſult.* 313. *nu.* 17. ac denique *Rota noſtra Flor. Lib. Mot.* 107. *a* 289. *t. §. Tertio reſpondetur* coram Præſtantiſſimis Viris, ſcilicet Franciſco olim *Seta*, Antonio olim *Diaſpinto*, ac Clemente olim *Saturnino* Relatore.

31 Præſertim in aſſ. † Advocationis induſtria, quæ non poteſt arbitratu proprio exerceri, ſed ab alieno pendet arbitrio, undè fortiùs ſemper recipienda veniat prefata invincibilis ſententia de induſtria nequaquam attendenda ad magiſtrale *Rugger. d. conſil.* 17. *nu.* 19. *ad ſeqq.* ac per *Mareſcott. variar. reſolut. d. cap.* 83. *n.* 40. *lib.* 2. *Caren variar. reſolut d. reſolut.* 49. *nu* 7. *à verſ. tum quia induſtria, & d. reſolut.* 50. *nu.* 7. *§. Dico non obſtantibus, & nu.* 8. ubi *Vivius, Giurb. Angel. Aretin.* & alij

& alij, reſpectivè reijciuntur, & declarantur, *atque per Rot. Rom.* proùt in *d. deciſ. cor. R. P. D. Iuſto penès Marcheſ. de commiſſ par. 1. fol. m.* 1171. *n.* 3. amplexa in ijſdem terminis à *Rot. in d. deciſ.* 224. *n.* 5 *ultra med. & num. 6 par.* 2. *recent.* ad quas in puncto pariter Doctoratus addo *Bertachin vot.* 29. *n.* 5. *Rot. coram R. P. D. Pamphil. deciſ.* 218. *num.* 2. *par.* 17. *recent. atque Adden. ad eumd Pamphil. in deciſ.* 109. *num.* 10.

32 Quæ † receptiſſima ſententia, veriſſimaque ex iam cognitis, multò magis, imò procul omni dubio attendi debet in Viro maximè-Nobili, uti ille, qui magis, quin veriùs prorſus mæreatur ab incertitudine non regulari; Sunt enim Elementa Iuris abundè cuicumque obvia, quod id quod eſt in eo, de quo minùs, improportionabiliter fortiùs adſit in eo, de quo magis per *Text. l. final. cum Gloſs. ſuper verbo Septuagenarius Cod. qui ætat. vel profeſſion. ſe excuſ. lib.* 10. atque alia concordantia Iura, de quibus *apud Peregr. conſ.* 103. *num.* 17. *lib.* 1.

33 Quintò † tandem, quià Franciſcus Maria petit Alimenta non ob illam (ut & iam viſum eſt) unicam rationem, ne aliàs litem ipſe deſerere cogatur, ſed ob alteram inſimul, quià ſcilicet iure ſanguinis ex naturali charitate, & pietatis officio ſibi hæc debentur à bonis eius Aſcendentis fideicommiſſo ſuppoſitis, tunc enim alimenta, cum
34 ſumptibus quoque litis, qualia † etiam ſunt, ultra præſentem caſum Deſcendentis cum Aſcendente, quæ petuntur à tranſverſalibus in primo gradu, ſeù à Marito Uxori, ſunt debita, etiamſi aliqua arte, vel exercitio lucrari poſſit ille, qui hæc petit, vel cui hæc debentur *Rot. deciſ.* 95. *num.* 9.

Digitized by Google

num. 9. coram Duran. & deciſ. 469. ſub num. 5. verſic. Prædictaque eo magis coram Dunozzett. Iunior. & deciſ. 51. ſub num. 6. & 7. coram Ninott. atque *in Motivo dictorum Illuſtriſſimorum Dominorum Zachariæ Seratti Auditoris Fiſcalis, Alexandri Belluzzi, & Caroli Bizzarrini Auditorum pag. 7. § Secundò ad eliminandum ultra med.*

35 At † quando hæc omnia inexpugnabilia ſemper, ſilerent pro Franciſco Maria, non ne abundè eſſet ſuperque ſatis, ſola ipſa pro eodem ad hoc naturalis

36 ratio? Eſſet † ſiquidem, ſi animadvertatur minimè pati poſſe ullam naturalem rationem, quod qui pauper probatus eſt, quique ad Judicium cogitur, aliàs ipſi intimantur ſolemnia præiudicia, habetque inſuper boni iuris (de quo inferiùs pro urgentiori caſu, eiuſdem Franciſci Mariæ favore) præſumptionem

37 per binas res iudicatas ſuper † fideicommiſſo ſtatus pluſquam ſeptem centum millium ſcutorum, ac fideicommiſſo inſuper eius paterni Aſcendentis, ad ſe proinde dicta Iuris præſumptione pertinente, cui idcircò, decentia proprij gradus, opus eſt invigilare tanto eius relevantiſsimo negocio, debeat cogi ad utendum aſſerta induſtria ad aliena negocia pro ſe, ſumptuſque litis alendo, atque inſuper hinc eius negocio ſum no, vel nullatenus, vel minùs incumbendo, abſque eo quod nec de ipſis dictis decentibus alimentis, ſumptibuſque litis à fideicommiſſo dicti eius Atavi paterni providendus ipſe ſit; Et Adverſariæ ècontra, omninò ex iudicio Fideicommittentis, prout in eius Teſtamento, penitùs excluſæ à dicto ſuo fideicommiſſo, quod propterea tàm ob id, quàm

ex iam

ex iam dictis Sententijs Franciſci Mariæ favore emanatis, iniuſtè poſsident, debeant uti valore annui redditus, ſeu cenſus ſcutorum ultra quadraginta mille, dicti boni iuris præſumptione ad ipſum pauperem Franciſcum Mariam pertinentium, itaut ipſæ ad nil aliud induſtriari debeant, quàm ad fruendum dicto annuo ingenti reddıtu, per quem & primarios ſibi adhibeant Advocatos, Procuratoreſque, & ipſe, inquam, pauper Franciſcus Maria nec ipſamet decentia alimenta, ſumptuſque litis percipere debeat à dictis bonis ſui Atavi paterni ad ipſum prædicta iuris præſumptione ſpectantibus, pro defendendis, cum decentia ſui gradus, ſuis bonis, immò pluſquam evidentiſsimis iuribus? Unde non tantùm ab Iure,
38 ſed † ab ipſiuſmet Iuris intrinſeco fundamento pateat de aſſumpto dicti Franciſci Mariæ; cum in ſola naturali ratione poſitum dumtaxat eſſe univerſum ius nullus ambigat, ut & innumeris perbelliſsimè oſtendit Eloquentiæ Pater Cicero *in ſuo tract. de legib lib* 1. ubi *ultra med. pag. m.* 339. talibus præ alijs, fatur verborum globulis, dignis reverà notandis, videlicet ,, „ nihil eſt profectò præſtabilius, quàm planè intelligi „ nos ad Iuſtitiam eſſe natos, neque in opinione, *ſed* „ *in natura* conſtitutum eſſe ius,, quodque & notum nimis ubique habemus ex ipſiuſmet unica Iuris definitione, quam nil aliud eſſe neminem latet ,, niſi rectam rationem *inſitam in natura*, iubentem honeſta, prohibentemque contraria, eodem Ciceron. *in dict. ſuo tract. de legib. in princip. pag mihi* 335.

39 Extra † omne prorſus dubium, quod & tantillùm

lùm quidem adverſari valeant. *Rot. cor. Zarat. deciſ.* 4. *num.* 2. *& poſt Mel. ad Caſtill. de aliment. deciſ.* 70. *& coram Ubag. deciſ.* 105. *Giurb. deciſ.* 5. *num.* 7. *Balducc. ad Ramon. conſ.* 2. *num.* 19. *Rot. deciſ.* 402. *num* 11. *cor. Coccin. & deciſ.* 502. *num.* 2. *&* 3. *coram Dunozzett. Iun. & deciſ.* 73. *num.* 2. *cor. Celſ. Rot. cor. Pan deciſ.* 1185. *à n.* 3. *cum* 6. 8. *& seqq & in Roman. ſeu Peruſin. Filiationis* 4. *Iulij* 1696. *cor. Caprar. in recollect. per D. Palm. Nep. deciſ.* 113. *par.* 18. *rec. Rot. cor Emerix deciſ.* 622. *& cor. Ninott. deciſ.* 51. *n.* 6. *Hieronym. de Roſis obſerv.* 57. *n.* 84.

Huiuſmodi namque Authoritates neutiquam adaptantur hypotheſi noſtræ, quia ibi conſtat de induſtria, qua vivere, & ſumptus litis ſubſtinere poterat Alendus, de qua nec minùs ad talem effectum, ſed nec ullatenus conſtat in caſu noſtro; imò contrarium habemus probatum in actis.

Ulteriùs non loquuntur de perſonis legittimis, & naturalibus in incerto aſſ. Advocationis exercitio ab alieno dependente arbitratu.

Inſuper partim verba faciunt in facti contingentia Extranei petentis alimenta, & ſumptus litis, prout *Giurb. deciſ.* 5. *num.* 7. *Balducc. ad Ramon. conſ.* 2. *num.* 19. *Rot. deciſ* 402. *num.* 11. *coram Coccin. &* 502. *nu.* 2, *&* 3. *coram Dunozzett. Iun. & deciſ.* 73. *num.* 2. *coram Celſ. & deciſ.* 51. *coram Ninott. & deciſ.* 622. *coram Emerix*, eſtò & contraria ſententia, verior, communiorq; ſit ex ſuperiùs recenſitis in *S. Quarto quia ad noſtrum effectum pag.* 8. atque à *Rota* etiam *noſtra Florentina* canonizzata, ut patet ibidem.

Partim † in terminis, ubi non tractetur de perſonis ali-

alimenta, & ſumptus litis petentibus, quibus indecorum eſſet à prædicta habilitate, ſeu induſtria regulari, uti de Magnatibus, cæteriſque Nobilibus ad iam obſervata, ſed ubi agitur de perſonis ignobilibus, ſeu demiſſæ, *vel* vilis conditionis, quibus proindè indecorum non erat ſe exercere, proùt *Rot. cor Zaratt. deciſ.* 42. *n.* 2. *& poſt Mel. ad Caſtill. de aliment. deciſ* 70. *& cor. Ubag. deciſ.* 105. *& cor Ninott. deciſ.* 51. *& cor. Emerix deciſ.* 622. *& deciſ.* 330 *par.* 18. *rec.* quamvis & in illo quoque caſu contrariam ſententiam, magis veram, communem, noſtraque inſuper à *Florentina Rota* firmatam habeamus ex iam ſuperiùs congeſtis Authoritatibus in *d. §. Quarto quia ad noſtrum effectum pag* 8. cuius ſententiæ ratio reſidens in eo, quod quoties Adverſarius non eſt pauper, & poſſidet bona, quæ non ſint infructifera, pertinentia boni iuris præſumptione ad petentem alimenta, ſumptuſque litis, nullatenus attendenda ſit induſtria ob fragilitatem humanę potentiæ, quæ variatur in tempore, & multò magis attendenda venit quando ſumus in perſona vili, quæ pendeat oportet à tenui, vel potiùs tenuiſſimo lucro, maximè quoque incerto, cum à vili, ſeu paupere Merce expectari hoc debeat; Et nec ceſſet etiam paupertas ex eo, quod quis aliquid habeat, ſed parum *Rot deciſ.* 628. *num.* 3. *par.* 4. *rec.*

41 Partim † poſtremò in terminis quando agitur, quod qui petit alimenta à bonis Avi, Atavi, Tritavi, vel alterius Aſcendentis non ſit Deſcendens legitimus, & naturalis, vel ſaltem talis boni iuris præſumptione, ſed quiècontra ſit naturalis, ſeù ſpurius [dixi ſeu

ſpurius

Digitized by Google

ſpurius, tum quia & in hoc etiam fit reſolutio, vel ſermo à dictis, & ſubtus adhuc deſignandis authoritatibus, tum etiam quia ad hunc effectum nulla eſt differentia inter naturalem, & ſpurium *Rot. cor. Duran. deciſ.* 95. *n* 6.] vel talis, qui nulla iuris præſumptione legitimus, & naturalis cenſeri valeat, prout *Rot. in Romana, ſeu Peruſina Filiationis* 4. *Iulij* 1696. *cor. Caprara in recollect. per D. Palm. Nepot deciſ.* 113. *& cor. Pan. deciſ.* 1185. *à num.* 3. *cum* 6. 8. *& ſeq. & deciſ.* 330. *par.* 18. *rec.* quibus, in iiſdem ſimiliter terminis adſtipulamur *Anton. de Butr. in cap cum habeat* 5. *de eo qui duxit in matrim. quam polluerat per adulter. ultra med. num. fin. verſ. ſextus caſus. Caccialup. in l. ſi qua Illuſtris C. ad Orfician. ſub nu.* 93. *verſ. item quod, inter Repeten. vol.* 8. *Bald conſ.* 258. *ſub num.* 2. *lib.* 1. *Alex. conſ.* 74. *num* 4. *lib.* 2. *Gabriel. inter comm. opinion lib* 6. *tit. de aliment. concluſ.* 1. *num.* 21 *fol. m.* 383. *Purpurat. conſ* 414 *ſub num* 14. *lib.* 2. *Bald. novell. in ſuo tract. de dot. par.* 6. *privileg.* 16. *num.* 5. *ſub* §. *præterea dato etiam, Calcan. conſ* 59. *erga med num.* 10 *verſic. præterà licèt Pater, Surd. deciſ.* 244. *n.* 3. *Ricc in deciſ. Cauſæ Archiepiſcopal. Neapol.* 29. *& in ſua collectan.* 1099. *in fin. par.* 4. quanquam illa etiam in hypotheſi benignior ſit ſententia, induſtriam minimè attendendam, ad magiſtraliter ſancita per *Rot. coram Duran deciſ.* 95. *per tot.* & deliberatur per *Gratian. diſcept. forenſ cap.* 120. *n* 16. & per dictorum *Illuſtriſſimorum Dominorum Zacchariæ Seratti Auditoris Fiſcalis, Alexandri Belluzzi, & Caroli Bizzarrini* Motivum *erga fin.* §. *Secundò ad eliminandum pag.* 8.

Nulla

Nulla ergò adeſt auctoritas, quæ obſtet, obſtareque & poſſit noſtræ hypotheſi, nullaque inſuper ſeriò profitemur, quod reperietur unquam, quæ contra nos veſtire valeat caſum noſtrum in illa præ *alijs* omnibus, de quibus ſupra, circumſtantia, quando agatur de perſona, cui iure etiam charitatis ſanguinis debeantur alimenta à bonis fideicommiſſo ſuppoſitis ad iam cognita in §. *Quintò tandem quia*, *pag.* 10.

42 Sicuti † nec tantiſper prorſus, operatur aſſertio, quod cum habeat Franciſcus Maria Avum maternum divitem, minimè dici poſſit ipſe pauper; ob quod propterea videatur, quod habenti Patrem divitem denegata fuerunt alimenta, ſumptuſque litis, ut in *deciſ.* 470. *ſub num.* 5. *par.* 2. *recent* & tradunt etiam *deciſ.* 299. *num.* 5. *coram Roxas*, *Add. ad Gregor. deciſ.* 189. *ſub num.* 7. *verſic. paupertas*, *Paitell. in adnotat. ad expedit.* 44. *num.* 6 atque habenti matrem divitem, ut in *deciſ.* 295. *num.* 6. *coram Carill* atque item habenti fratrem divitem, ut in *deciſ.* 554. *num.* 4. *coram Cavaler.*

Obiectum etenim nunquam procedit in caſu noſtro, in quo Franciſcus Maria eſt coactus ad iudicium ex dato, & facto contrariæ Partis, iuxta iam alibi ſuperiùs viſa, quæ & eo magis adhuc attendenda nunc veniunt ad hoc ne gravari debeat alter, eius ſcilicet Avus Maternus, alimentis, ſumptibuſque litis Franciſco Mariæ ſubminiſtrandis, quàm ipſamet adverſa Pars; nimis enim ſemper alienum à ratione eſſet velle huiuſmodi gravamen in perſonam dicti Materni Avi Franciſci Mariæ, & non in Illas exadverſo,

verſo,

Digitized by Google

verſo ad hoc, ut Franciſcus Maria per alimenta, & ſumptus litis ſibi danda ab eius materno Avo, favere debeat neceſſitati ab eadem contraria Parte ſibi metipſi impoſitæ; ſed in illo fortaſſis procedere præfatum obiectum poſſet, ubi ſit voluntarius, qui petit alimenta, & ſumptus litis, prout in hoc loquuntur *præfatæ Auctoritates*.

13 Licèt † reverà nec in voluntario etiam, alimenta, ſumptuſque litis petente, idem ſibi vindicet locum ea in hypotheſi, in qua ipſe petens habeat deſuper bonum ius; quale habet Franciſcus Maria (quod proptereà ſit dictum pro eo urgentiori caſu, de quo & alibi ſupra pro ſuo loco inferiùs) atque hinc econtrà ſit iniuſta bonorum poſſeditrix adverſa Pars; tunc namque ne magis gravetur Avus maternus, qui ſola ſubſidiaria, ac remotiſſima miſeratione tenetur alere nepotem, quàm iniuſtus poſſeſſor bonorum ad nepotem pertinentium boni Iuris præſumptione, debet tantùm dictus iniuſtus bonorum poſſeſſor condemnari, nunquam verò dictus Avus maternus,

14 ad † differentiam contrarij caſus, in quo de bono Iure alimenta, & ſumptus litis petentis non conſtet, vel fortiùs ſi de ipſius malo Iure appareret, ſicù pateret *Petr. Surd. in tract. de aliment tit.* 1 *quæſt.* 7. *n. final.* atque ita quoque deciditur hæc noſtra quæſtio ad punctum alimentorum ſumptumque litis per *Caſtill controverſ. Iur. lib.* 3. *ſub tit. de alimen. & expenſ. proviſionalib cap.* 27. *num.* 15. ubi habetur ad hunc noſtrum effectum, & pauperem dici Matrem, ac reſpectivè Uxorem colligantem adverſus tertium, etsì ipſa habeat filios, & Maritum divites; ea de ratione, quod ſicuti ſi quis

colliтigans dives, nunquam diceretur pauper licèt matrem, patrem, fratres, & alios habeat pauperes ad hoc, ut eorum paupertas faceret ipſum tanquam pauperem conſequi debere alimenta, ſumptuſque *litis* à collitigante, ita ad hoc idem nec dives dici poteſt, qui eſt pauper, eſtò matrem, patrem, fratres, & alios habeat divites ad hoc, ut ipſe conſequi non debeat alimenta, ſumptuſque litis à collitigante; ita in puncto ante d. *Caſtillum* argumentatur *Soccin. Sen. conſ. 64.*
45 *ſub n 3. lib. 4.* contrariorum † etenim eadem debet eſſe diſciplina; quod in puncto pariter ante metipſum *Caſtillum citat loc.* determinavit *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 55. in fin. num. 52.*

Tunc autem d. obiectum procederet, vel quando qui petit alimenta, & ſumptus litis, non conſtaret, quod haberet bonum ius, vel fortiùs ſi de eiuſdem appareret,
46 vel pateret malo iuxta & iam notata, vel † quando ille, qui alere, ſumptuſque litis ſubminiſtrare debet, eſſet adeo pauper, ut nec ſemetipſum alere ſufficienter poſſet, atque magis, ſi ageretur ſuper re infructifera, in quibus terminis loquitur *d. deciſ.* 470. *ſub nu. 5. par. 2. rec.* quæ uti anteſignana fuit poſteà amplexa à *d deciſ. 295. num. 6. coram Carill. & cor. Roxas deciſ. 299 num. 5. & coram Cavaler. deciſ. 554. num 4.* & *Paitell. in adnot. ad expedit. 44. num. 6.* atque ab *Adden. ad Gregor. deciſ. 189. ſub num. 7.* quibus in circumſtantijs, rectè tunc intrant *Iuris receptiſſimæ conclusiones*, quod alimenta, & ſumptus litis ſubminiſtrari minime debeant; quare optimo evenerit Iure eo caſu, quod ille, qui Jus non apparebat habere, vel nullatenus

latenus habebat prædictis de cauſis ad alimenta, & ſumptus litis, quæque propterea eidem adſignari minimè valebant, ſatis haberet, ſeù eidem videri deberet habere ſatis, pro ſe, & litem ſubſtinendo, dum patrem divitem, ſeu aptum habebat, ad hæc ſibi præſtandum, quod eſt id tantùm, quod ingenuè firmavit, ac intellexit *dicta deciſio*, quanquam † obiter,
7 & incidenter, ac pro ſolito ornatus vitio Extenſorum Deciſionum, loco ullius potiùs ad Cauſam neceſſitatis pro RR. PP. DD Iudicantibus, ut ibi clariſſimè patet, tranſeat ipſa ad dicendum de dicta obiectata, & iam per nos ad ſuum verum, & ingenuum ſenſum explicata, quàm reiecta, concluſione; propterea vel nullatenus attendenda præter eiuſdem dictum genuinum ſenſum, ut pluries advertit, ac ſæpiùs inculcat advertendum *Emin. Cardin. De Luc. in ſuo Theatr. veritat. & Iuſtit.* † vel in parva habenda conſideratione, ut in puncto alimentorum *Caren. reſolut.* 50. *num.* 8. proùt † & in tali eodem ſenſu recipiendæ veniunt omnes aliæ ſupradictæ Deciſiones, & Auctoritates, in ipſa obiter tantùm ſeſe omninò fundantes *d Emin. De-Luc. de fideicom. diſc.* 96. *ferè in fin. nu.* 10. *à verſic. Siquidem*, *& de Iur. patronat. diſc.* 19. *num* 6.

Ulteriùs † dicimus nullibi conſtare de aſſ. divitie in Franciſci Mariæ Avo materno, itaùt & ipſa alimenta, ac neceſſarios ſumptus litis ei ſubminiſtrare valeat ipſe, proùt quod de hoc conſtet ab Adverſaria Parte eſt neceſsè ad id, quod patet in *d. deciſ.* 299. *coram Roxas*, atque *alijs ſuperiùs allegatis*, veluti & ita pariter fuit firmatum in noſtra Ceulorum Familia *coram*

B 2 *Aldo-*

Aldobrand. poſteà Clemen. VIII. in deciſ. 907. in fin. n. 3. par. 4. diverſ. repetit. penès *Marcheſan. de commiſſion. par. 1. §. 1. fol. mihi* 1173. ubi non ſuffecit Seniori Tiberio Cevoli Adverſariarum aſſ. Aſcendenti, & Auctori mediato, contra Claricem Cevoli, earumdem, ſicuti, & Marchionis Patris Franciſci Mariæ Proamitam, & dicti Tiberij Neptem ex Antonio Franciſco Fratre, allegare, quod ipſa haberet bona materna pro ſe, & litem ſubſtinendo, quia *Rota* reſpondit, *quod de iſtis non conſtabat, neque ad quam ſummam illa aſcenderent.*

51 Nequaquam † faceſſente, quod cum Avus maternus dederit hucuſque Franciſco Mariæ Nepoti alimenta, videatur eſſe ipſe dives, ſeù aptus ad eumdem Franciſcum Mariam alendum;

Nam cum à ſolo naturali dictamine edoceamur Aſcendentes, ob maximum amorem, quo proſequuntur eorum Deſcendentes, ſolere ex hoc ab eorum propria neceſſaria decentia aliquid auferre cauſa illud tradendi eorum nepotibus pro eorumdem alimentis, ne met eoſdem aliàs videre deberent pu-
52 blica ad hoſtia mendicare, neutiquam † verò cauſâ idem tradendi alijs, apprimè ad hoc obligatis, & ſic ſub repetitionis ſemper lege, in eorum præſertim odium, ut in noſtra facti contingentia *ad conſ.* præ alijs *Soccin. Sen. conſ. 64. num. 3. lib. 4.* hinc patet neutiquam conſtare, quod ſine ullo ſuo minimè aliàs debito, incommodo, ſeù violentia valuerit, atque valeat præfatus Avus maternus alere, ac inſuper luis expenſas ſuo ſumultrare dicto Franciſco Mariæ;

ſciunt

53 ſciunt † enim omnes ex actu æquivoco ad effectum,
qui ex contrario prætendatur, nil unquam concludi
poſſe *Surd. deciſ.* 221. *num.* 3. *Cyriac. contr.* 139 *n.* 35.
54 potiſſimùm † pro concluſione ad tempus præſens,
quod valeat dicta alimenta præfato Franciſco Mariæ
præſtare dictus Avus maternus, quod eſt id, quod
ſemper exadverſo ſpecificè probandum eſſet *Rot. in*
iam alibi allegat. deciſ. 332. *num.* 5. *par.* 16. *recent.*
55 Undè † hinc pateat nec quidpiam unquam facere
poſſe contra Franciſcum Mariam, ſi quandoque etiam
probari valeret exadverſo, quod dicti Franciſci Ma-
riæ Avus maternus ingentes lucratus fuerit pecunias
56 ob † eius virtutem inter I. C. ſummam, quam & in
talem novere ſemper, & noſcunt plures de modernis
celeberrimis Scriptoribus in eorum Typis impreſſis
Operibus unicuique obvijs, uti præ alijs multis, ſunt
(ne aliquos prætereamus indicare) *Eminentiſs. De Luc.*
in ſuis ſupplemen. Theatr. veritat. & iuſtit. R.P.D. Anſald.
Sacra Rotæ Rom. Audit. meritiſsimus *in ſuo* præſtantiſſimo
tract. de commerc. & merc. atq; D. olim in Florent. Rota præ-
clarus *Aud. Vrceol. in ſuo tract. dec. Flor. &* digniſsimus *D.*
Manſ. in ſuis conſult. ex quo haſce huiuſmodi magnas pe-
cunias de tempore præſenti opus ſemper eſſet probatas
exiſtere ex contrario ad iam cognita per præcitatam *deciſ.*
57 332. *n.* 5. *par.* 16. *rec.* cum † & etiam magiſtra natura,
atque experientia comite obvius, & facilis ſit homini-
bus diſſipandi modus, ac obvia, & facilia ſint media,
per quæ erogari poſſint ipſi in dies, pluſquam in dies
pariter, vel quandoque lucrati unquam fuerint ijdem;
quamobrem huc perſpicaciter concernens *Anaxagora*

veriſſimè dicere ſolebat, ut refert *Ælianus* lib. 4 Hiſtor. *magno cum negocio pecunias comparari, ſed multò maiori opera conſervari, ac cuſtodiri; quemadmodum enim echinum, ſic etiam nummos capere facilius eſt, retinere verò difficilè; nam & ſæpè pecunias, quas multo cum labore homo unciatim vix comparſerit, iuxtà Archilocum eas univerſas ſemel effundit*, propter quod meritò *Ovid.* carmine adſtruxerit:

Non minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri.

Quod longè longèque magis vigere pateret tunc in hoc noſtro aſſumpto, ex quo & tunc nemo eſſet quem ullibi lateret uti pluſquam notiſsimum, Avum Maternum dicti Franciſci Mariæ paſſum fuiſſe ob eius plurimas ubique vulgatiſsimas malas ex fato ſibi occurſas negociationes, profuſionem ſcutorum pluſquam centum mille.

58 Inſuper † conſtat in actis nullam fuiſſe, & eſſe, atque præcipuè inpræſentiarum aſſ. divitiem in Avo Materno Franciſci Mariæ ad dictum effectum, tum ob dictas profuſas opes dictis malis ſibi ſuperventis infortunijs, tum ob continuò magnas, ſive ingentes, quas habuit uſque nunc, atque habet expenſas tam circa innumeram Domus familiam, quàm alia, tum ob cætera univerſa, de quibus ibidem in actis.

59 Minimè † refragante ea, quæ aſſeritur, induſtria in Avo Materno, ad effectum ut aptus reputari poſsit ad alimenta, ſumptuſque litis ſubminiſtrandum Franciſco Mariæ, non minùs quia de hac non conſtat in
60 actis, quantùm † ſi de hac à retroactis temporibus conſtaret, quia hæc deficit hodiè in ipſo, uti ætatis an-
norum

norum 72. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 120. *num.* 14. ubi loquitur de muliere quinquagenaria, quam licèt ſciamus citiùs ſeneſcere, quàm ſeneſcat maſculus, tamen habita proportione ad affirmativum ſpacium vitæ humanæ ab Iure ſtabilitum, magis quàm dicta mulier, ſenex dicetur dictæ ætatis vir, qui totum, quod vivit, accidit ipſi præter omnem Iuris affirma-
61 tivam præſumptionem repertum, cum † ius ultra 70. annos nullum conſideret hominis affirmativum vitæ terminum, ad magiſtraliter ſancita per *Rot. cor Zarat.*
62 *decif.* 89. *n.* 15. *& ſeqq.* ac poſtremò quia † ſi non eſt attendenda propria dicti Franciſci Mariæ alendi induſtria ad effectum alimentorum, & ſumptuum litis, multò, multòque minùs attendi debet illa eius Avi Materni ad ipſum Franciſcum Mariam alendum, ac ſumptus litis, eidem ſubminiſtrandum, cum ad hunc effectum nec illa etiam Patris attenderetur *Rot coram Seraphin decif.* 41. *ſub num.* 2. repetita apud *Marcheſan. de commiſſ tom.* 1. *par.* 2. §. 1. *fol* 1189. *erga fin. n* 1.

53 Demum † etsi millies dives, millieſque quolibet modo aptus eſſet Avus Maternus ad alendum Franciſcum Mariam nepotem, ſumptuſque litis eidem ſubminiſtrandum, tamen tunc fortaſſis, hoc concedi poſſet (quod nec ullatenus etiam verum ſe habet ſecundùm iam latè ſuperiùs cognita) quando Franciſcus Maria ageret adversùs extraneos, vel extranei bona; neutiquam verò dum agit ad bona Fideicommiſſi Hieronymi quondam Gevoli eius Aſcendentis, ſuper quibus, eiuſque perſona eſt apprimè onus alendi Franciſcum Mariam, quàm ſuper aliis bonis Avi Materni, eiuſque

 per-

perſona ad *nimiùm ſuperquè notiſſima Iuriſprudentia Tyrocinia*, idcircò nullatenus hìc allegari curanda; propter quod eveniat, ſuper ijſdem fideicommiſſarijs bonis dandam eſſe Franciſco Mariæ decentiam alimentorum, ſumptuumque litis præſtationem, nedum contra Adverſarias Cevoli; ſed etiam contra Curtium Cevoli (comprehenſum iam ad cautelam &c. ex Iuſtiſſima Benignitate Reg. Celſitudinis Sereniſs. Magni Hætruriæ Ducis in hoc Iudicio) bonorum hìc in Thuſcia poſitorum aſſ. Emptorem, ex quo † adversùs hos omnes, cæteroſque alios huiuſmodi, ſi qui eſſent, detentores habeat ipſe deſuper prælationem *Rot: cor. Triol. deciſ* 233. *in fin. n.* 3. *& ſeq. Emin. De Luc. in ſuo tract de fideic. diſcurſ.* 171. *nu.* 4. 6. *& ferè per tot. & de feud. diſcurſ.* 79 *ſub nu.* 9. §. *Et optimè in terminis*, & paſſim alibi;
64

65 nam † ſicuti nil eſſet difficultatis ſi nunc temporis vivens eſſet dictus Hieronymus Cevoli dicti Franciſci Mariæ Atavus, ac per poſſibile cum ipſo præſens Iudicium haberet Franciſcus Maria, & conſtaret, quod ipſe Hieronymus, uti Pars contraria cogeret eumdem Franciſcum Mariam ad Iudicium, & dubitari haud poſſet de eiuſdem Franciſci Mariæ paupertate, prout modò minimè dubitari valet, atque inſuper pateret quoque de eiuſdem Franciſci Mariæ bono iure, de quo ſuo loco inferiùs pro urgentiori caſu, etiam ſuperius nominato; quod ipſe dumtaxat Franciſci Mariæ Atavus paternus eſſet ad dictorum alimentorum, ſumptuumque litis præſtationem condemnandus, neutiquam verò eiuſdem Franciſci Mariæ Avus Maternus; ita nil eſſe debet difficultatis ad gravandum ad

hæc

hæc contrariam Partem dictorum bonorum fideicommiſſariorum occupatricem *Covarr. pract. quæſt. cap. 6. ſub n. 6. in princ. §. quantum ad primum*, & etiam *erga fin. à verſ. nec tamen negaverim*, atque *Molin. in ſuo tract. de primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 16. in fin. n. 34. fol. m. 334.* Quandoquidem *in auth. res quæ C. comm. de legat.* ſolùm conſideratur ſemper, non an de præſenti Aſcendens teneatur ſuis bonis fideicommiſſo ſuppoſitis alere, ſed tantùm an teneretur, ſi viveret, prout quia tunc talis, ac ſi viveret, iudicatur, eiuſdem propterea bonis ad hæc teneri nemo ambigit, ut iam viſum eſt ſuperiùs, atque ita explicando, perbellè obſervant *Curt. Iun in d. Auth. res quæ*, & poſt ipſum *Hieronym. de Leo deciſ. Regn Valent. 27. ſub num. 14. ferè in princip. Caſtill. in ſuo tract de alimen. cap. 36. ſub num. 39. quaſi in fin.* & illis non citatis, ſeù non curatis, optimè de more *Emin. De-Luc. de dot. diſc. 189. nu. 6. in ſupplem. Rot. deciſ. 199. ſub num. 10. par. 8. rec.* undè cum habeatur Atavus Franciſci Mariæ, ac ſi viveret per ipſius bona fideicommiſſo ſubiecta, clarum ideo hinc eſt ſemper, atque ex omnibus præcitatis iam Auctoritatibus teneri dictum Avum paternum, eius bonis ad dicta alimenta, ſumptuſque litis præſtanda dicto Franciſco Mariæ, neutiquam verò dictus eiuſdem Franciſci Mariæ Maternus Avus.

6 Minùſque † tandem contrariæ Parti opitulari valente, Primò, quod Franciſcus Maria habeat Marchionem Patrem viventem, ideoquè ad ipſum tantùm ſpectare debeat, alimenta, ſumptuſque litis præbere Franciſco Mariæ Filio.

Se-

Secundò, quod cum Pater Franciſci Mariæ aſſeratur ab ipſamet contraria Parte colligitigans, de eiuſdemque paupertate non appareat, videatur removendus Franciſcus Maria à petitis alimentis, ſumptibuſque litis *Ubag. deciſ.* 105. *num.* 3.

Quia quoad primum pertinet obiectum,

105 Sexta † denique, quia dictæ aſſertæ Sententiæ latæ Romæ, quæ in contumaciam dumtaxat Patris Franciſci Mariæ prolatæ fuere ut in calce earumdem cognoſcitur, præter illam R.P. D. *Severoli* prçcipitanter ab ipſo pronunciatam, & prçter alteram, ubi in fin. dicitur *utraq; Parte &c.* quæ tamen nunquam citato Marchione Patre Franciſci Mariæ, nulloque ab ipſo inſuper conſtituto pro hac Procuratore lata fuit, ut hæc patent in actis, & demonſtratur evidentiſſimè in iam alibi citato *Reſponſo* Typis ædito ad favorem præfati Patris dicti Franciſci Mariæ, ſunt nedum notoriè iniuſtæ, ſed pluſquam iniuſtiſſimæ, ideoq; nullatenus attendendæ vulgata *vindiciarum ſanctionum concluſione*, de qua apud *Rot. deciſ.* 133 *nu.* 3.
106 *par.* 3. *recent.* & † latiſſimè ad ſaturitatem ipſam in dict. *Reſponſ.*, in quo de hac re luculentiſſimè tam ex capite, quod legantur ipſæ contra expreſſum caſum legis, fundatæque ſuper falſis, erroneiſque cauſis facti, & Juris, quàm ex eo quod attentatæ contra legalem inhibitionem factam Judici, atque innixæ pluribus contra ſtylum, conſuetudinemque iuridicè procedendi, ſed & pluſquam ſatis adhuc per dictam dumtaxat ultimam Sententiam à dictis iam Illuſtriſſimis, & reſpectivè Clariſſimis inſimul DD. Delegatis firmatam, ubi iiſdem aſſ. Romæ latis Sententiis, nullatenus ſemper refragantibus, ſuper quarum declaranda notoria, quinimò notoriſſima iniuſtitia fuit ultra annum acerrimè diſputatum per Patrem Franciſci Mariæ contra Adverſarias, decretum tandem fuit conſtare de eius clariſſimo Iure, quod inſuper, & multum antea, poſt plenam ad articulum adhibitam

cogni-

cognitionem decretum pariter fuit ab altero iam di-
ćto Iudice, Illuſtriſsimo ſcilicet, atque Ampliſsimo
Viro, Domino Auditore *Angeli*, nullatenus, & tunc
obſtante prædicta, quæ ſola eo temporis extabat in-
ſubſiſtentiſsima Sententia dicti R. P D. *Severoli*.

107 Quarum † ut ſupra dictarum innumerarum noto-
riarum iniuſtitiarum, ſuper quibus confectus eſt Liber
integer, qui eſt iam *dict. Reſponſ.*, placeat ex abun-
danti nunc temporis unam tantùm indicare, ad hoc
ut ab iſta ſola, rectè efformari ubique poſsit Iudicium
qualis naturæ ſint cæteræ, de quibus in *dict. Reſponſ.*
quas brevitatis cauſa, inibi dumtaxat legendas relin-
quimus; Iſta itaque in eo reſidet, quod totum prin-
cipale motivum aſſ. contrariarum ſententiarum iacet in
negatione remiſſorialium, & admiſsionis articulorum
pro probando Matrimonio, de quo in caſu petito-
108 rum, ex illo † quia voluerint eædem Matrimonium
probari non poſſe per teſtes, ſed ſolùm in ſcriptis, ut
in Voto dicti R. P. D. Severoli §. *nec ad iſtud matri-
monium pag.* 61. in impreſſ. penes *dict. Reſponſ.* à cęteris
inde ſubſecutis dictis aſſ. Sententijs confirmato, quod
eſſe in iure pluſquam notoriam iniuſtitiam, ſeu nulli-
tatem eſt in propatulo, ut ſciunt omnes, quippè quod
exiſtat hoc contra rotundos, & literales *Textus l. ſi
vicinis C. de nupt.* ibi „ *ſi vicinis, vel alijs ſcientibus uxo-
rem, liberorum procreandorum cauſa, domi habuiſti, & ex
matrimonio filia ſuſcepta eſt, quamvis neque nuptiales ta-
bulæ, neque ad natam filiam pertinentes factæ ſunt; non
ideo minùs veritas matrimonij, aut ſuſceptæ filiæ ſuam habet
poteſtatem*, & cap. tranſmiſſæ extra qui fil. ſint leg. ibi,
niſi

niſi certis indicijs , *& teſtibus tibi conſtiterit filium eorum eſſe*, & cap. ſuper eo, il 2. extra de teſtib. & atteſt. ſic,, *ſi verò matrimonium eſt firmatum non debet ſine plurium atteſtatione diſſolvi*, ubi *Scribentes* , & contra omnes alias Sacras Iuris Sanctiones; etenim per hoc, etiam in caſu omnium graviori, nempe de probanda conſanguinitate ad dirimendum ipſum fœdus matrimonij admittuntur teſtes , ut expreſsis verbis legitur in *cap. licèt extra de teſtib. & atteſt. & in cap. ex literis* , *& cap. tunc nos extra de conſanguin.* & ita ſemper fuit intellectum , & deciſum à *Rot. deciſ.* 123. *per tot. lib.* 3. *par.* 3. *diverſ. & in recent. deciſ.* 176. *num* 15 *par.* 1. *deciſ.* 426. *n.* 15. *deciſ* 68 *num.* 6: 7. 16. *&* 17. *deciſ.* 77 *num.* 10. *deciſ.* 498 *num* 6 *par.* 9. *deciſ* 310. *n.* 6. *par.* 11. *deciſ.* 162. *num.* 12. *deciſ.* 388. *num* 6. *par.* 12. *deciſ* 318 *num.* 11. *deciſ.* 475. *num.* 1. *& deciſ.* 213. *n.* 2. *par.* 13. relictis ſexcentis alijs , quæ uſque ad nauſeam allegari poſſent , & abundè ad ſaturitatem ipſam habentur in *d. Reſponſ. à §. quod omnes prædicta ſententiæ cum §§. ſeqq. pag.* 2. iunctis §. *at iam nobis ſilentibus pag.* 6. *& §. quomodo pag* 92. atque §. *licèt tamen non fuiſſet neceſſarium pag.* 61. & alibi ibi.

09 Undè † inſimul compilando nunc temporis, abundantioris ſemper efficaciæ gratia , dictas omnes circumſtantias, quod videlicet dictæ aſſertæ contrariæ Sententiæ Romæ latæ ſunt de diverſo Principatu ab illo Regalis Sereniſsimi Magni Hetruriæ Ducis , ubi adſunt Sententiæ favore Franciſci Mariæ emanatæ , & quod eædem aſſ. contrariæ Sententiæ ſunt in ſenſu negativo ; earumque uſus conceſſus fuit à dicto Re-

gali

gali Principe cum expreſsione quod non eſſet unquam in vim ſententiarum, ſed ſimplicis dumtaxat probationis nec aliter, nec alio modo, ac quod nedum notoriè iniuſtæ, ſed pluſquam iniuſtiſsimæ ſunt eædem, & quod metipſis ſemper, ſuper quibus fuit acerrimè, ac latiſsimè cognitum, & diſputatum, non obſtantibus latæ fuerunt Sententiæ iam dictæ ad Franciſci Mariæ favorem, ac quod agitur ad effectum in iure tam privilegiatum alimentorum, ſumptuumque litis adversùs præcipuè, non extranei, ſed Hieronymi Cevoli, Franciſci Mariæ Aſcendentis fideicommiſſaria bona, eſt pluſquã undique in propatulo nos eſſe in caſu, quo quælibet recta mens abhorrere prorſus debeat à cogitãdo ab hinc, & quidem etiã per umbram, ſuper dd. aſſ. latis Romæ Sententijs, contra Franciſcum Mariam.

110 Nihilominque † denique vim faceſſente, quod videatur priùs introſpiciendum ſuper Sententia ad favorem Franciſci Mariæ ultimò lata Motivum dictorum Illuſtriſsimorum, ac reſpectivè inſimul Clariſsimorum DD. Iudicum Delegatorum *Senatoris Altoviti*, *Aſcanij Venturini*, atque *Æneæ Cavalcanti*.

Siquidem non eſt hæc exceptio danda Franciſco Mariæ, nam quatenus hoc videri per Iudices priùs poſſet, ad contrariam Partem ſpectaret producendum, tùm quià eſt pauper Franciſcus Maria, qui nec ſe, nec litem ſuſtinere valet, undè minimè in hoc gravandus, tùm poſtremò quià habet pro ſe ſententias, ſatis ſuperquè exiſtentes ex iam viſis pro eius bonis litis præſumptione ad hunc ſuum alimentorum, ſumptuumque litis effectum, ideoque huiuſ-

modi

modi productionis onus contrariæ Parti eſſe penitùs deberet, quæ contra haſce prætenderet ſententias.

11 Verùm † nullatenùs producendum ſe habet, nec de iure poteſt huiuſmodi motivum, quià ſi pro Cauſæ principali meritò expoſceretur idem, iam Franciſcus Maria dedit principaliter de nullitate ſi priùs non dedecernantur ipſi decentia alimenta, ſumptuſque litis, ſine quibus ſolemniter proteſtatus ipſe fuit in Actis, & patet per iam ſuperiùs cognita, nec ſe, nec litem ſubſtinere poſſe, itaùt per hoc ſemper reduceretur res eò, ubi eſſet quæſtio, ad dignoſcendum videlicet priùs de dd. alimentis, & ſumptibus litis antequam deveniri valeat ad dictum principale meritum, quod ob hoc, & ex ſui etiam natura ſilere debet *vulgat. Iurib.* & apud *Urſell. in ſuis legalib. concluſionib. in verbo alimenta, & ſumptus litis ſub num.* 10. *verſic. & interim cauſam fol. m.* 792.

Si autem expoſceretur præfatum motivum prò alimentis, ſumptibuſque litis, ſatis † ſemper eſt Fran-
12 ciſco Mariæ habere pro ſe dd. ſententias, ad hoc ut neutiquam per Iudicem requiri, ſeù expectari priùs valeat videndum idem, cum cauſalis legis *ſi inſtituta* 27. §. *de inofficioſo ff. de inoffic. teſtam.* non in motivis ſententiæ, ſed in eo ſolùm ſe fundet, quod ſententiam reportaverat pupillus favorabilem, de ipſiuſque conſtabat paupertate, per quæ tantùm alimenta, & ſumptus litis prò modo facultatum decernit ipſe ſtatim dari, ut ibi habetur, cuius ſic eſt tenor:

„ De inofficioſo teſtamento nepos contra Patruum

„ ſuum,

„ ſuum, vel alium ſcriptum hæredem pro portione
„ ægerat, *& obtinuerat*, *ſed quia* ſcriptus hæres appel-
„ laverat, placuit *interim propter inopiam* pupilli ali-
„ menta pro modo facultatum, quæ inofficioſi teſta-
„ menti accuſatione pro parte ei vindicabantur, decerni,
„ eaque Adverſarium ei ſubminiſtrare neceſsè habere
„ uſque ad finem litis.

Quare conſtito de paupertate petentis alimenta, ſumptuſque litis, & de eiuſdem favorabili reportata ſententia Iudex non debeat aliud expectare, ſeù videre, quàm dicta alimenta, ſumptuſque litis pro modo facultatum ſtatim decernere, de qua ſententia nec opus etiam eſt ullam fieri productionem, ſeù allegationem per dictum petentem præfata alimenta, ſum-
113 ptuſque litis, ſed † ſatis, quod de ipſa, uti pleniſſimè in Actis producta, conſtet per appellationem adverſùs eamdem in ijſdem Actis inter poſitam, ut ibi literaliter in *text.* & nos ſumus in caſu, cum contraria Pars pretenſam appellationem adversùs dictam ultimam favorabilem ſententiam interpoſuerit, quinimò in caſu quoque longè efficaciori verſamur, cum pro Franciſco Maria non una, ſed duæ etiam adſint ſententiæ, ut iam viſum eſt;

114 A † quo omninò patens habeatur interea temporis, quantum inſubſiſtens ſit, quod cum Florentiæ dicantur motiva pars ſententiæ, itaùt ſententia, & motiva habeantur pro uno tantùm voto, & uno eodemque actu, latè *Petr Caball. conſ.* 125. *n.* 1. *&* 2. videatur ad onus Franciſci Mariæ eſſe debere productionem dicti motivi, tanquam ſententiæ partis;

Quia

Digitized by Google

Quia quando etiam vellemus admittere huiuſmodi motiva eſſe partem ſententiæ, adhuc tamen minimè producendum eſt præfatum motivum ex eo, quia ad hunc effectum, ſatis habetur conſtare de ſententia, tanquam pleniſſimè in actis producta, per dictam prætenſam appellationem exadverſò in ijſdem actis interpoſitam, nec aliquid ulteriùs pro hoc requiratur, ut iam vidimus, & patet in dicto textu *l. ſi instituta* 27. *§. de inofficioſo ff. de inoffic teſtam.*

115 Inſuper † non eſt producendum dictum motivum, quia haberemus adhuc, alteram ſententiam Illuſtriſſimi, & Ampliſſimi Viri Domini Auditoris *Angeli*, præter expreſſionem motivorum ſcriptam, ad hunc effectum pluſquam ſufficientiſſimam, etsì unicam *ad iam cognita.*

116 Nec † ex eo eſt producendum dictum motivum, quia Lex Florentiæ, quæ iubet motiva eſſe partem ſententiæ, loquitur tantùm de Iudicibus Rotæ, quæ proindè nullatenus eſt unquam trahenda ad alium caſum, ſeù alias perſonas, pro gravandis maximè de hoc Iudicibus à Regal. Celſitud. Delegatis, quod eſt adeò ubique verum, ut ſit hic Florentiæ notiſſima undique praxis, quod præter dictos Rotæ Iudices nullus alius ſit obligatus, cogique ideò nec poſſit, ad motiva conficiendum de ſententijs per ipſos latis, licèt ex eorum benignitate quandoque hæc fiant, quæ propterea nunquam uti pars ſententiæ autumari valeant.

117 Nec † ex eo pariter eſt producendum præfatum motivum, quia motiva eſſe Florentiæ partem ſententiæ, intelligitur ſi intra tempus 20. dierum ab illo

D datæ

Digitized by Google

datæ Sententiæ per Legem determinatum exhibeantur, ſecus verò, ut in noſtra hypotheſi, quando ſunt ultra quatuor annos, quod exhibita non adſunt (nec etiam facta eſſe conſtat) ita declarantibus *Illuſtriſſimis DD. Tribus de Rot. in Lib. Mot.* 10. *a* 155. *Lib. Mot.* 32. *a* 11. *t.* & *Lib. Mot.* 48. *a* 681.

118 Nec † ex eo tandem producendum eſt unquam dictum motivum, uti prorſus ſemper inutile pro effectu, ad quem agit Franciſcus Maria, quia nedùm huiuſmodi motiva, quæ ſunt res prorsùs extraiudiciales, minimè propterea ſe habentes ad ullam neceſſitatem pro ſententia, ſed ipſamet acta, quæ ſunt eſſentiale fundamentum ſententiæ, itaùt ſine illis ad nullum effectum ſub pœna aliàs nullitatis &c. poſſit ſententiæ ulla per Iudicem præberi vis, uti habetur in auctoritatibus ſuperiùs congeſtis *erga med. §. nam ultra quod pag.* 36. non ſunt nec expectanda, nec ullatenùs ab Iudice attendenda, ſeù curanda videri pro hoc noſtro decidendo caſu, in quo agitur non de confirmatione, ſeù revocatione, atque executione ſententiæ, ſed ad effectum dumtaxat alimentorum, ſumptuumque litis, pro quò abundè ſatis eſt ſola dicta Sententia, (atque eo magis ſi plures ſint, ut in caſu noſtro) ex iam viſis in d. *L. ſi instituta* 27. *§. de inofficioſo ff. de inoffic. teſtam.* & in dd. precitatis auctoritatibus, de quibus in d. *§. nam ultra quam quod*, quarum omnium videndarum, unius ſaltem ne tædeat videri exarata verba *Decisionis* ſcilicet 498. *num.* 2. *par.* 3. *rec.* quæ ſic ait:

,, Præſumptio boni Iuris oritur ex ſententia A. C. ad eius

,, favorem lata: *l. ſi instituta* §. *de inofficioſo*, & *ibi Scribentes*

ſcilic. ... *ff. de*

ff. de inoffic. teſtam. Alciat. ubi ſupra num. 8. *Cephal. conſ.* 127. *num.* 3. *Covarr. pract. quæſt. cap.* 6. *num.* 6.
,, cui motivo non ſuffragatur defectus tranſportationis
,, actorum , quia hoc benè procederet , ſi ageretur de
,, illius confirmatione, vel executione, ſed ad effectum
,, præſumptionis ſufficit ſententia ſine actis , quia iuſti-
,, tia illius ſententiæ deducitur incidenter, quo caſu ſuf-
,, ficit ſententia ſine actis *Rot. in Romana Domus cor Pa-*
,, *leotto Relatore inter diverſ. impreſſ. deciſ.* 595. *n.* 5. *lib.* 3.
,, etenim regulariter præſumitur pro Iudice, quod ritè,
,, & rectè functus fuerit officio ſuo *Bald. in l. ſi iure*
,, *gentium in* §. *Quod ferè num.* 2. *ff. de pact. Alex. in l.*
,, *ſciendum num.* 26. *& ſeq. ff. de verbor obligation Dec.*
,, *conſ.* 341. *n.* 12. *verſ. & inſimul, Alciat. d. præſumpt.* 9.
,, *num.* 1.

119 Undè ex his (pro † quibus, licèt ad abundantiam dumtaxat, nec neceſſariam ex iam cognitis , placeat nihilominùs ab animadverſione non omittere facilitatem ipſam , quàm circa hanc noſtram præciſam materiam admittit ipſemet *R. P. D. Severoli in* §. *Atque ex his* , qui in *d. Reſponſ.* pro Marchione Patre Franciſci Mariæ typis edito *eſt* 39. , *voti* ſuæ aſſ. ſententiæ contra eumdem Franciſci Mariæ Patrem pręcipitanter, & notoria iniuſtitia latæ per iam viſa , atque per dictas ſententias eiuſdem Franciſci Mariæ favore , illa etiam pręfati R. P. D. neutiquam obſtante, promanatas) concluſum habeatur bis, terque, quaterque evidentiſſimè
120 & ultra, deberi † decentia alimenta , & ſumptus litis Franciſco Mariæ à prædictis bonis fideicommiſſi ſui Aſcendentis citiſſimè, atque expeditiſſimè, quia ven-

Digitized by Google

ter nullam patiatur unquam dilationem *Caſtill. de alimen. cap. 4. num. 9. & per tot. Rot. deciſ. 549. n. 6.*
121 *par. 4. tom. 3. recent.* & † ſic ſtatim, cum nunc ſtatim conſtet de paupertate, & favorabilibus ſententijs Franciſci Mariæ, ad textum rotundum *dictæ legis ſi inſtituta 27. §. de inofficioſo ff. de inoffic. teſtam.* & in fortioribus *Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 115. n. 5. Capyc. Latr. deciſ. 119. num 12.* etiamſi Iudex non eſſet benè informatus de ſtatu hæreditatis, ſeù fideicommiſſi *Rot. deciſ. 256. in fin. par. 15. recent.* quanquam in noſtra hypotheſi non controverſum unquam fuerit exadverſo uſque ab initio primæ oretenùs factæ informationis, controvertique haud poſſit, proùt ex Actis hinc inde illicò traditis in ipſa litis conteſtatione, aſcendere noſtri fideicommiſſi ſtatum ad ſcutos pluſquam ſeptem centum mille.

122 Potiſſimùm † conſiderata Adverſariæ Partis in divitijs opulentia per hæc ipſa præſertim dicti Aſcendentis præfati Franciſci Mariæ, iniuſtè ex iam prædictis per eam poſſeſſa fideicommiſſaria bona, atque hinc eiuſdem quoque conſiderata auctoritate, undè facillimè poſſit metipſa perutì efficaſſimis medijs, celeberrimorum etiam Advocatorum ad quodlibet eius placitum pro eiuſdem defendendis aſſ. Iuribus contra pauperem Franciſcum Mariam, iuxtà & illud *Proverbiorum cap. 19. verſic. 4. & 6.* ibi „ *Divitiæ addunt Amicos plurimos, & multi colunt perſonam potentis*, cui benè convenit illud *Horatij* Epiſtol. lib. 1. ibi „

Scilicèt Uxorem cum dote, fidemque, & Amicos,
Et genus, & formam Regina pecunia donat.

qua-

quamobem fortiùs ſemper ex his debeantur Franciſco Mariæ alimenta, & ſumptus litis ad hoc, ut ſecundùm ſui decentiæ ſtatum vivere, & acriter per omnia Advocatorum, cæterarumque rerum neceſſaria, & opportuna media, defendere valeat ſui bonum, quinimò pluſquam evidentiſſimum, Ius, ad optimè obſervata per *Rot. deciſ.* 307. *num.* 5. *par.* 15. *recent.* ne aliàs eſſe deberet, quod graviter deteſtatum habetur in ſacris *Eccleſiaſtic.* paginis *cap.* 13. *verſic.* 22. & 23. ibi „ *Quæ*
123 † *pars Diviti ad Pauperem? Venatio Leonis, Onager in Æremo, ſic & paſcua Divitum ſunt Pauperes.*

124 Et † etiam, eiuſdem Franciſci Mariæ favore, cum immiſſione *iam à principio dicta*, in prefata bona hic Thuſciæ poſita, debentur prædicta alimenta, & ſumptus litis, Vel quia Franciſcus Maria deſuper habeat formalem hypothecam ex *Rot. coram Prial. deciſ.* 233. *n.* 8. & 9. atque ex alijs ſuperiùs recenſitis authoritatibus paulò ſubtus *principium* §. *Demum etſi millies pag.* 23.
Vel quia hypothecam deſuper habeat per æquipollens, ſive eius effectum ad animadverſa per *Emin. De-Luc.*
125 *de feud. diſcurſ.* 78. *n.* 7. & 10. cum † & in ipſis etiam terminis, in quibus non competat pro huiuſmodi alimentis, ſumptibuſque litis ulla hypotheca, nec minùs per æquipollens, vel per eius effectum, ſemper rectiùs exiſtimaverit *Rota Romana* dare talem immiſſionem, prout *cor. Meltio deciſ.* 166. *num.* 34. & *ſeq. par.* 12. *rec.* ubi *concordan.*

126 Atque † inſuper à die per eumdem Franciſcum Mariam factæ prædictorum alimentorum, ſumptuumque litis petitionis *Mareſcott. variar. reſol. cap.* 83. *num.* 2.

 & 4.

& 4 *lib*. 2. *Vincent. de Franch. deciſ*. 605. *n*. 2 *& ſeqq*. ibique *Addent*. quibus præcipuè latior *Carol. Anton. De Luc nu*. 8. *Fontanell. de pact. nuptial. tom*. 2. *clauſ*. 6. *gloſ*. 2. *par* 3. *num*. 43. *& ſeq*. *& num*. 54. *Rot. coram Bich. deciſ* 71 *num*. 29. *& coram Dunozzett. Iun. deciſ*. 893. *num*. 5. *& ſeq*. *Dom. Manſ. conſult*. 313. *num*. 22. *Sabell. in ſua Summa verbo Frater num*. 12. penes quos cæteri.

127 Ratio eſt, quia dicuntur † alimenta futura, quæ à die petitionis decurſa fuere *citat. auctoritatibus*, ad quas adiungo *Mar. Giurb. deciſ. Sicil*. 4. *num*. 47. *Rot. coram Bich. deciſ*. 14. *num*. 17. *& coram Pamphil. deciſ*. 129. *in Adnot. ferè in fine num*. 8. §. *alimenta non dicuntur*, *Adden. ad Caſtill. de aliment. cap*. 8. *n*. 4. *D. Samminiat. contr*. 81. *num*. 14.

128 Abſque † eo, quod nec conſtet æs alienum contractum fuiſſe per Franciſcum Mariam *allegat. authoritat*. quibus addo *Ridolphin. in prax. par*. 2. *cap*. 4. *num*. 171. Triplici de cauſa.

Prima ne aliàs debentibus alimenta detur materia, & occaſio differendi, & calumniandi ad finem, ut ex calumnijs, & dilationibus alimenta, tanquam præterita non ſolvant *Sabell. d. loc. nu*. 12. & deliberarunt iam *de Franch. Fontanell. alijque ſuperiùs congeſti*.

Secunda, quia in eo, qui pauper conſtat, præſu-
129 mitur iam dictum debitum contractum, cum † minimè præſumi valeat, quod quaſi de vento vixerit, ut totidem verbis ait *Text. in l. final. C. de aliment. pupill. præſtand*. & firmat *Fontanell. de pact. nupt. dict. clauſ*. 6.
130 *gloſ*. 2. *par*. 3. *ſub num*. 55. ad † differentiam alimentorum

torum

torum præteritorum, in quibus verè æs alienum probandum venit *Mareſcott. variar. reſolut. par. 2. cap. 83. num. 3.* de quo latè *De Franch. dict. deciſ. 605. num. 1.* ibique *Adden. Ricc.* licèt & in hoc etiam præteritorum alimentorum caſu, contrarium videatur velle *Fontanell. in iam allegat. loc. nu 56. per Pappon.* quem ibi affert, in quo tamen neutiquam inſiſtitur monſtrandi cauſa à fortiori maius ius dicti Franciſci Mariæ, cum profectò minimè hoc verum iudicemus.

Tertia eſt, quia cum huiuſmodi alimenta dicantur futura à die petitionis ex iam viſis ſuperiùs in *S. Ratio eſt quia dicuntur, n.* 127. conſequens eſt ut ea cuncta alimenta, quæ ſibi ipſi dedit Alendus, eidem debeantur abſque inquirendo an per contractum æs alienum, vel per alium modum hæc ſibi dederit ipſe; ſatis enim eſt ſcire eumdem vixiſſe, nec inſuper de vento certè; ac quod à petitionis die hæc eidem debentur, & iuxta etiam decentiam ipſius gradus, quia & tali ſemper pacto ſunt debita hæc fututa alimenta cum ſumptibus litis ex ſuo loco inferiùs videndis; quod & ſuperque adhuc patet reſpectu iſtorum alimentorum (quæ in iure dicuntur futura ex iam cognitis) uſque ad diem Decreti deſuper ferendi

131 decurſorum, quia † actus, qui impediri de iure, atque iuſtè non valet, haberi debet in odium impedientis, ac ſi impeditus non eſſet, vel ſi idem poſitus ad executionem eſſet eo modo, quo ab iure exigebatur, atque exigitur ad notiſſimam Iuris regulam, de qua *Rot. deciſ. 318. num. 7. & deciſ. 51. num. 13. par. 15. recent.* ſed quia ab iure exigebatur, atque exigitur, ut quod ſtatim, ac futura alimenta cum ſumptibus litis

ſunt decernendæ, taxentur hæc iuxta decentiam gradus illius, cui hæc debentur; & quod talia alimenta uſque ad dictum Decreti diem decurſa, iudicari debeant futura; veluti ſi decurſa non fuerint in odium iniuſtè impedientis, atque reſpectivè iniuſtè operantis hæc eadem decurſa fuiſſe; ergò in odium iniuſtè impedientis huiuſmodi alimenta, debentur hæc, ac ſi impedita, ſeu decurſa non eſſent, & veluti ſi ab initio taxata fuiſſent ea forma, qua nunc taxanda veniunt, eſtò & eadem, iuxta Alendi decentiam taxanda, non potuerit ſibi dare uſque ad dictum Decreti diem idem Alendus ob dictæ ſuæ paupertatis accidens, & ex dato, & facto contrariæ Partis impedientis, & reſpectivè operantis ut ſupra. Idemque
132 † fit iiſdem dictis rationibus, & authoritatibus de ſumptibus litis, ac de iis etiam, pro quibus aliàs fuiſſet opus Franciſco Mariæ ſumptus facere, uti pro neceſſarijs, & opportunis Informationibus Iuris, & ſimilibus, licèt ob paupertatis neceſſitatem ex ſuo proprio marte has facere coactus fuerit ipſe, in odium maximè ſemper, iniuſtè impedientis ſumptuum litis præſtationem, & reſpectivè operantis in Franciſco Maria propter eius dictam paupertatem talem coactum ſtudium, quod proindè minimè unquam cedere debere in beneficium dictæ adverſariæ Partis impedientis, & reſpectivè cogentis, ut ſupra, nulli dubium etiam obſervatis.
133 Ob † quæ, ſolùm ſuperſit nunc temporis demonſtrare ad quid, ſeu quantum aſcendere debeat huiuſmodi alimentorum, ſumptuúmque litis taxatio, circa quam
eſtò

eſſò reverà non poſſit certa conſtitui regula, ex quo ut plurimum pendeat hæc ab arbitrio iudicare debentium *Rot. coram Cerr. deciſ.* 855. *num* 3. & 4. propter quod videamus diverſimodè ſecundùm caſuum contingentiam, ſe deſuper habuiſſe eamdemmet *Rotam Romanam*, ut in *d. deciſ.* 855. *nu.* 3. 4. & 5. *coram Cerr.*
134 illud † attamen eſt certum, quod huiuſmodi alimenta, ſumptuſque litis taxanda ſunt iuxta quantitatem redituum Fideicommiſſi per litem controverſi, à quo, ſeu ſuper quo hæc petuntur *deciſ* 398. *n.* 19. *par.* 13. & *deciſ.* 94. *n.* 10. *par.* 14. & *coram Coccin. deciſ.* 2220.
135 *n* 4. & *deciſ.* 612. *num.* 7. *par.* 18 *rec.* & † attenta perſonarum conditione, ſeu nobilitate *deciſ.* 127. *n.* 2. *par.* 14. & *cor Coccin. d. deciſ.* 2220. *num* 4 alijſque circumſtantijs, de quibus *Rot. d. deciſ* 127. *n.* 2. *par.* 14.
136 atque † habita etiam conſideratione bonorum dicti quondam Hieronymi Cevoli fideicommittentis, Romæ, & ubique huiuſmodi cæterorum locorum ſub eodem fideicommiſſo exiſtentium, quamvis proinde non ſubiectorum Dominio Reg. Celſitud. Sereniſſimi Magni Hetruriæ Ducis, ubi præſens geritur Iudicium *Surd. in ſuo tract. de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 23. *num* 42. *Rot deciſ* 166. *num* 21. *par.* 12 *rec.* ea præ alijs ma-
137 nifeſtiſſima de ratione, quia † Franciſcus Maria non poteſt eſſe apud Iudicare debentes pro parte Nepos, & pro parte non, ad Text. *l. ſi pariter* 9. *in fin. ff. de liberal. cauſ.* neque de illis, de quibus ait *Iuvenal.* in ſuis *Satyr.* videlicet,

Genſque hominum truncis, & rupto de robore nata,

adeò quod conſiderari valeat Nepos truncorum, ſeù

robo-

roborum, atque bonorum hìc ſolùm in Thuſcia
138 exiſtentium; cum † & aliàs abſurdum quoque nimis craſſum dari poſſet, quod & de facto daretur, hoc eſt, eſſe Franciſcum Mariam Nepotem boni Iuris præſumptione dicti Hieronymi Cevoli habentis ſtatum pluſquam ſcutorum ſeptem centum millium, & nihiloſecius debere ipſum ali exiguo eiuſdem Hieronymi patrimonio hìc in Hætruria exiſtente, & ſic velle eumdem Franciſcum Mariam eſſe in publica figura uti non Nepotem talis ditiſſimi, ac nobiliſſimi Viri; Cum itaque Franciſcus Maria ſit boni Iuris præſumptione Nepos dicti Hieronymi, ad menſuram igitur univerſi ſtatus eiuſdem Hieronymi, ubique exiſtentis, atque ipſum qualificantis, rectè iubent citatæ auctoritates, & rationes eſſe dicto Franciſco Mariæ taxanda, ſeù qualificanda alimenta, ſumptuſque
139 litis; Quod † & urgentiùs adhuc vindicat ſibi locum in hac noſtra facti contingentia, in qua actum habetur, quod ad Marchionem Patrem Franciſci Mariæ, uti fideicommiſſarium univerſi fideicommiſſi à quondam Hieronymo Cevoli inducti ſpectaverit immiſſio, ſeù aſſociatio ad huiuſmodi fideicommiſſum, & ſic ad illa etiam bona tali fideicommiſſo ſubiecta hìc Thuſciæ poſita, undè cum univerſale ſit tale Iudicium *Rot. cor. Merlin. deciſ.* 451. *in med. n.* 2. *verſ. neque ius*, magis propterea ſemper conveniens eſt, ut & ſuper univerſali ſtatu dicti fideicommittentis providendum ſit Franciſco Mariæ de decentibus ali-
140 mentis, ſumptibuſque litis; non † minùs ac pro iſtorum taxatione attendi debet conſuetudo, qua hìc
Flo-

Florentiæ aluntur maximè nobiles *Rot. deciſ.* 7. *nu.* 5.
141 *par.* 13. *recent.* ſicuti † & haberi inſuper debet animadverſio ad multas alias expenſas ordinarias, atque extraordinarias, quæ ultra alimenta, ſumptuſque litis, ad ſubſtentationem proprij regiminis, ut eſt omnibus ſatis ubique notum, requiruntur *Rot. coram Cerr. deciſ.* 474. *num.* 15. *§. & eſtò etiam*, quare quid taxandum Franciſco Mariæ pro ſuis condecentibus alimentis, ſumptibuſque litis, ſtatim in propitulo, ſi in iam dictis noſtris circumſtantijs capiatur ad caſum noſtrum, quæ debetur, proportio ab eo, quod in ſuis proprijs circumſtantijs taxatum fuit ſuper alimentis, ſumptibuſque litis per RR. Dños Romani Auditorij PP. coram *Cerr. d. deciſ.* 855. *in fin. & coram Coccin. deciſ.* 1063. *num* 7. 9. *& ſeqq.* ultra aliàs huiuſmodi innumeras, quæ brevitatis beneficio, atque uti paſſim notiſſimæ, ſilentio commendantur.

142 Quanquam † pro hac eadem taxatione nullatenùs profectò recedi poſſit ab eo, quod determinatum fuit in familia Franciſci Mariæ inter d. Claricem Cevoli adversùs d. Tiberiũ Seniorem Cevoli coram *Aldobr.* poſteà *Clemente VIII.* in iam alibi *d. dec.* 908. *in fin. par.* 4 *diverſ.*

Tùm ob illud, quia & huiuſmodi norma amplexa adeſt, ampliori etiam efficacia, per eamdem *Rot. Rom. coram Coccin.* in iam *d. deciſ.* 2220. *à med. nu* 4. *ad* 5. ubi (ut ibi patet in *num.* 1. in quo fit fundamentum ſuper tali *deciſ. coram Aldobrandino*) nulli dubium ab eiuſdem Deciſionis motivo fuiſſe factam prædictam, efficaciorem etiam, taxationem.

143 Tùm † ob id ne peioris conditionis eſſe debeant,

in

in eodem caſu uni, quàm alteri de eadem familia ;.
144 Atque † eò fortiùs, quia non ſolùm in eodem caſu, ſed ſuper ijſdemmet bonis Avitis, ſeù Aſcendentalibus, eadem facienda cadit alimentorum, ſumptuumque litis taxatio, quam obtinuit præfata Clarix Cevoli per media, longè longiùs non tantùm efficacia, quantùm illa dicti Franciſci Mariæ, ut patet ab hucuſque cognitis, & ab ijs, quæ ibi in *decis.* leguntur.
145 Tùm † ob regulam, quod ea ſemper ſequamur oportet in iudicando, quæ, minùs generaliter, & magis in terminis ſpecificant caſum *Rot. deciſ.* 721. *ferè in med. num.* 5. *verſic. quæ in iudicando par.* 2. *recent.* & *coram Gregor. XV. deciſ.* 256. *num.* 3.
146 Tùm † denique, atque fortiùs, ob ea, quæ pro hoc habentur penes *Rot. in Romana de Millinis*, in qua familia nupta adeſt Petro Paulo Iulia Cevoli, unà ex dictis Adverſarijs, *Mercur.* 15. *Ianuar.* 1659. *coram Cerr.* quæ eſt *deciſ.* 7. *par.* 13. *recent.* ubi in *num.* 7. admiſſa expreſsè habetur veritas noſtri aſſumpti, amplectendi ſcilicèt caſum in eadem familia longè anteà emanatum pro alimentorum taxatione, quamvis ab hoc recedi neceſsè fuerit ibi, propter diverſitatem circumſtantiarum, quæ camdem minimè expoſcebant ſpecie taxationem, quæ anteà facta fuerat alteri de eadem familia Millinia non primogenito, non Sacerdoti, non ſeni, nec mala valetudine detento, qualis erat in caſu talis deciſionis Ioann. Celſus, qui alimenta obtinuit.

Quapropter † animadvertendo nunc temporis quid pro alimentis, ſumptibuſque litis taxatum fuerit dictæ Cla-

Clarici Cevoli pro Capitali ſcut. 18. vel 20. mille, ad quod ipſa agebat contra dictum Tiberium Seniorem Cevoli, ac quid etiam pariter taxatum venerit per iam *d. Rot. coram Coccin. deciſ.* 2220. ſequentem, iam dicto efficaciori modo eamdem, quæ pro dicta Clarice Cevoli deliberata fuit, taxandi mœthodum favore Nepotis, qui ad non maius capitale bonorum Aſcendentis, per fratrem poſſeſſorum agebat, agereque & poterat, quàm ad illud, quod ſcutos dumtaxat 500. vel paulò plus, ut ibi patet, reddere annuatim valeret; eſt modò pluſquam evidentiſſimum, quid, ſeù quantum pro alimentis, ſumptibuſque litis adſignandum ſit Franciſco Mariæ pauperi, agenti ad tam ingentem alibi dictum fideicommiſſi Aſcendentalis ſtatum, ad ipſum boni Iuris præſumptione pertinentem, dictamque econtrà per Adverſariam Partem, iniuſtè poſſeſſum ex iam hucuſque latiſſimè animadverſis.

148 At † urgentiores adhuc adſunt circumſtantiæ, quibus magis, & latiùs attendendum ſit ſupradictum exemplum in dicti Franciſci Mariæ familia emanatum, videlicet quia in dicto exemplo Clarix Cevoli egit, & obtinuit dictam alimentorum, ſumptuumque litis taxationem adversùs dictum Tiberium Cevoli Seniorem ex Iudicio Teſtatoris vocatum, bonorumq; fideicommiſſariorum poſſeſſorem; & in caſu noſtro agitur à dicto Franciſco Maria, ex Iudicio Teſtatoris (ſtante eiuſdem Franciſci Mariæ ſupradicto demonſtrato, nedùm bono, ſed pluſquam evidentiſſimo Iure) vocato ad eius fideicommiſſum, adversùs Contrariam Partem ex Iudicio Teſtatoris econversò prorſus penitùs excluſam ad

iam

iam cognita, quæ idcircò nec poſſit prætendi proximior ad tale fideicommiſſum; argumento eorum, huc applicandorum, quæ habentur penès *Rot. deciſ.* 372. *n* 8. *par.* 17. *rec.* & *cor Celſ. deciſ.* 31. *n.* 10. & *cor. Bich. deciſ.* 434 *nu* 9. & paſſim alibi, atque ob notiſſimam *Iuris regulam*, etiam alibi ſuperiùs adductam, quod ſcilicèt id, de quo minùs, multò improportionabiliter fortiùs procedere debet in eo, de quo magis.!

149 Demum † ad hæc omnia inexpugnabilia ſemper, pro præſtandis modò prædicto alimentis, ſumptibuſque litis Franciſco Mariæ, unum etiam nunc ſe offert efficaciſſimæ æquitatis Motivum, magè adhuc magis cogens cuiuslibet Iudicantis mentem ad iam dictas Franciſci Mariæ rationes, pro eius dicto intentu pluſquam ſuperquè evidentiſſimas per iam viſa, reſidens in eo, quod conſiderandum ſe habet, Marchionem Patrem Franciſci Marię uſque de anno 1673., quo in eodem reportaverat ipſe primam favorabilem Sententiam, privatum fuiſſe poſſeſſione bonorum hic Thuſcię ſitorum, ad ſcutos ultra mille triginta aſcendentium ob defectum iam alibi dicti *Dirițti* non ſoluti, & ſic ob defectum paucarum, viginti ſcilicèt ad ſummum librarum monetæ Florentinæ pro qualibet maiori Cauſa, quod

150 † cum ſit res ſummoperè dura, atque aſpera, ut ex omiſſione tam tenuiſſimæ ſolutionis *Diritti*, nil ad intrinſecum Cauſæ deciſum meritum, ſeù latam Sententiam faciente, ut de ſe patet, & latè fuit iam notatum, privandus ſit non modicis, ſeù ingentibus poſſeſſionibus qui ad ſui favorem poſt tot diſpendia obtinuit deſuper favorabilem ſententiam; cuius rei duri-

doritites, atque aſperitas, & magis ineſſe habeatur contra dictum Patrem Franciſci Mariæ, uti exterum, ſeù advenam, ideoquè neutiquam eumdem informatum de dicto ſolvendo *Diricto*, & ſic per ipſius Cauſæ Patroni incuriam deceptum, cui propterea omninò ſubveniendum videbatur, videaturque, cum ipſe al às certò ſolviſſet prædictam tenuiſſimam ſummam *Diricti* cauſa a ſe vitandi tanta damna tàm circa innumera diſpendia, & incommoda propter litem, quàm circa amiſſionem d. conſiderabilis ſtatus valoris ſcutorum ultra triginta mille, ſi ſolvendam hanc ſciviſſet idem Marchio; adeò quod ex hac præciſiſſima ratione ipſamet Regal. Celſitudo, non pauco ab hinc tempore, penitùs annihilaverit quamlibet legem, ſententiarum nullitatem, importantem ob dictum *Diriclum* non ſolutum, ut per proviſionem *Legis* 27. *Iulij huius præſentis anni* 1702. undè ab his ſedulò animadvertendis circumſtantijs in propatulo adſit dictum efficaciſſimum æquitatis Motivum pro Franciſco Maria ad hunc ſuum effectum;

51 Imò † ex dicti non ſoluti *Diricti* dato accidente habemus evidens (quod pro coronide lubuit ſingulis, & univerſis hucuſque, ultra ſatietatem ipſam manifeſtiſſimis, inſuperabilibuſque recenſitis adnecti) nos & in ea eſſe hypotheſi, in qua nullum maius ius deſiderari va-

52 leat pro Franciſco Maria; ſunt enim præcepta nedum Iuris, ſed etiam nobiſcum nata; quod quæ ex accidenti occurrunt, nullatenus tollant naturam rei, ſeu ſubſtantiæ, in qua adſunt, vel à qua abſunt, de quibus & per *Sebaſt. Medic. de definit. bonor. poſſeſſ. definit.* 100. *num.* 23.

num. 23. & 27. licèt itaque per accidens *d. Dirićti* non ſoluti, ſublata remanſerit dićtæ Sententiæ extrinſeca facies, minimè ex hoc tamen ſublata eiuſdem remanſit ſubſtantia, eſſentia, ſeu natura, iuxta & iam alibi obſervata, eſtò hoc nimiùm de ſe notum; qua nil magis propterea deſiderari deſuper valeat ad hunc noſtrum effećtum; nam ad hunc eumdem requiritur dumtaxat bonum ius, imò ſola qualis qualis boni Iuris præſumptio; quod bonum Ius cum nullatenus in ſua ſubſtantia, eſſentia, ſeu natura tollatur à dićto accidente, illudque accidens nec intervenisſe requiratur hic, ex quo tunc neutiquam eſſemus nos ampliùs in alimentorum ſumptuumque litis caſu, ſed in illo ſtatim exequendæ Sententiæ pro immittendo Franciſcum Mariam, uti iam Dominum in dićtarum bonorum proprietatem; ideo & non tantum bonum ius, atque inſuper pluſquam evidentiſſimum per iam pleniſſimè viſa, ſed omne ſingulum, & univerſum illud, quale exoptari unquam poſſit maius pro hoc noſtro effećtu iam conſtat adeſſe in ſui ſubſtantia, eſſentia, ſeu natura eiuſdem Franciſci Mariæ favore ex hoc ſolo; quid ergo, altera iam dićta Sententia pro dićto Franciſco Maria ultimò lata, cæteriſque & alijs iam notatis, huic iunćtis?

Et ita &c.

Idem Cevoli &c.

Ob ſibi coaćtam paupertatis neceſſitatem Scribens in Cauſa propria &c.

CAU-

CAUSÆ SORS.

HIſce ut ſupra in eorum ſubſtantia, continuò per annum uſque ab ipſomet initio ortæ litis inculcatis, & exaggeratis acerrimè penes Illuſtriſſimos DD. Judices Delegatos, contigit tandem, quod idem Franciſcus Maria ob eorum procedendi normam, reclamaret, atque recurſum faceret ex capite, præcæteris, de quibus in Actis, Gravaminum, notoriorum etiam, ad Regalem Celſitudinem Sereniſſimi Magni Hætruriæ Ducis Delegantis &c. petens ſubinde ab Eodem, ut ſibi darentur Judices pro talibus cognoſcendis gravaminibus; ad hoc ut hiſce cognitis, ad ulteriora exin procedant cum omnibus Incidentibus, Emergentibus &c. qua in poſitione reperitur præſens Cauſa.

Quod tales Judices dari debeant Franciſcco Mariæ, nulli dubium, cum ſint ubique *patentiſſima*

Iura, quibus notiſſimum habetur, deberi à Delegato ad Delegantem recurſum; atque eò magis cum & hoc practicatum fuerit favore contrariæ Partis, *ad tot. tit. ff. quod quiſq. Iuris in alium ſtatuerit, vel obtinuerit &c.*

Juſtificatio autem talium Gravaminum, notoriorum quoque ut ſupra, demonſtranda apud dictos dandos Judices, eſt evidens, atque manibus [ut per paroemiam aiunt] palpatur ex omnibus hucuſque congeſtis; ad quæ & iuvat nunc breviter compilare in facto, quod Franciſcus Maria per ſpatium menſium decem penes dictos Illuſtriſs. Judices (quamvis penes alios iſtis antecedentes, & iuſtiſſimis de cauſis à præſenti Judicio remotos, ſit à die 18. Februarij anni 1700. quod huiuſmodi alimenta, & ſumptus litis petijt idem Franciſcus Maria, quod rectè venit animadvertendum pro die petitionis talium alimentorum, à quo debentur Franciſco Mariæ alimenta, & ſumptus litis ſecundùm iam ſuperiùs ſuo loco oſtenſa) petijt ſibi decerni decentia alimenta, & ſumptus litis, docens ſtatim in ipſo petitionis ingreſſu, licèt ad cautelam, & ad abundantiam ob iam ſua ſede ſuperiùs cognita, de eius paupertate pluſquam aliàs notoriſſima ad effectum, ut nec ſe, nec litem ſubſtinere valeat, & de duobus quoque rebus iudicatis ad eius favorem editis; & his, omnibuſque ſupradictis neutiquam obſtantibus, minimùmque & refragantibus eiuſdem Franciſci Mariæ

Inſtan-

Inſtantijs, atque innumeris factis citationibus ad ſententiam, ſeu decretum &c.; poſt centum & ultra ſeſſiones, ſeu informationes in contradictorio Judicij ſemper adhibitas, quarum certè triginta fuerunt iunctis Dominis; poſt tot, tantaque irrogata diſpendia prefato Franciſco Mariæ; abſque ullis etiam eidem elargitis unquam dubijs non ſolùm adversùs universa ſupradicta, ſed nec etiam adversùs ullam iſtorum partem, eſtò ſemper petitis à dicto Franciſco Maria, ut conſignarentur Actuario pro exiſtendis in Actis, cum reſponſionibus, quas actuàm ſe ſemper daturum obtulit ipſe; ac denique poſt tantum in hac materia, noſtroque & caſu, pluſquam terque, quaterque &, ultra longiſſimum tranſcurſum tempus, fuit demum per dictos Illuſtriſſimos DD. Judices decretatum, quod in Actis ad expenſas contrariæ Partis, intra unius menſis terminum exhiberetur Motivum jam dictorum Illuſtriſſimorum, ac reſpectivè unà & Clariſſimorum Dominorum Senatoris Simonis *Alto-viti*, Aſcanij *Venturini*, & Æneæ *Cavalcanti* de eorum Sententia ad favorem Marchionis Patris Franciſci Mariæ lata poſt alteram iam dictam ad eiuſdem Franciſci Mariæ favorem emananatam ab iam dicto Illuſtriſſimo, & Ampliſſimo Viro Domino recol. mem. Petro *Angeli*, ſicuti & decretatum eodem temporis fuit, quod ad eiuſdem pariter contrariæ Patris expenſas exhiberentur eidem Franciſco Mariæ omnia acta neceſſaria, per ipſum

Digitized by Google

ſucceſſivè indicanda, ſibi adhuc reſervantes ijdem Illuſtriſſimi Domini, facultatem decernendi, dicto termino tranſacto, Franciſco Mariæ Alimenta, & ſumptus litis; quod decretum quamvis gravantiſſimum, ex quo contra omne Jus, & Juſtitiam, ut patet ab iam recenſitis, acceptàvit nihilominùs Franciſcus Maria nutritus à ſpe, ob dictum reſervum, immediatæ expeditionis &c. ad ſolùm tamen unicum, & præciſum effectum alimentorum, ſumptuumque litis, inſtans pro quando expiratus eſſet dictus menſis terminus, veniri ſtatim, & immediatè per dictos Illuſtriſſimos DD. Judices ad articuli dictorum alimentorum, ſumptuumque litis expeditionem, ſub ſolemnibus aliàs proteſtationibus; Circa quod decretum, nullatenus in præſens eſt omittendum adnotari ad hoc, ut magè ſemper, & ubique magis cognoſcantur gravamina inflicta Franciſco Mariæ à præfatis Illuſtriſſimis DD., quod poſtquam ijdem pluſquam abundantiſſimè ſciebant, nullis poſſe egere dictis Actis Franciſcum Mariam, ex quo intra anni ferè integrum ſpatium, per quod ex dato, & facto rerum iam deſignatarum, habuit ipſe onus ſubſtinendi tale iudicium, fuit ſibi opus eiſdem muniri, gratia tantùm ſatisfaciendi voluntati dictorum Illuſtriſſimorum DD. Judicum, qui modò unum, modò alterum expoſcebant videndum Actum; nullatenus tamen ſatisfaciendi gratia cauſæ neceſſitati, quæ pro articuli deciſione nil aliud

exi-

Digitized by Google

exigebat ex iam cognitis, quàm quod de paupertatis, & ſententiæ, nedum ſententiarum pro Franciſco Maria latarum requiſitis conſtaret, voluerunt nihiloſecus ad dictam ut ſupra iubendam Actorum ſubminiſtrationem devenire; res ſumma profectò obſervatione notanda! Deinde, quatuor ſcilicet, aut quinque dies ante, quod expiraret dictus menſis terminus, ad hoc ut Pars contraria, præter alia, de quibus in Actis, clariùs intelligeret quid intendiſset, atque intenderet Franciſcus Maria cum dicta acceptatione Decreti ad dictum effectum alimentorum, ſumptuumque litis ſub dicta immediata expeditione &c. inſtetit ipſe Franciſcus Maria, fuiſſe, & eſſe eius acceptationem ut ſupra, quatenus à præfatis Illuſtriſsimis Dominis creditum fuit vigore aſſert. Legum Florentiæ, quamvis contra omne Ius, & Iuſtitiam ab iam ſuperiùs ſuo loco viſis, de quo & facta fuit ſolemnis proteſtatio, neceſſarium in actis dictum Motivum tanquam pars Sententiæ, & ſic ad talem effectum deduxerit ipſe Franciſcus Maria ſe acceptaſſe dictum decretum, nec aliter, nec alio modo, ſub ſolemnibus aliàs proteſtationibus, inſtans & inſimul expediri cauſam pro quando eſſet dictus terminus elapſus, inſimulque accuſans contrariam partem de non facta adhuc dicti Motivi productione ſub ſolemnibus aliàs proteſtationibus, atque inſuper allegans ob iam notata, ſe nullam habuiſſe, atque habere unquam poſſe indigentiam dictorum Actorum ad id, quod etiam

pluſ-

Digitized by Google

